

4.

Beiträge zum Briefwechsel der katholischen Gelehrten Deutschlands im Reformationszeitalter.

Aus italienischen Archiven und Bibliotheken

mitgeteilt von

Walter Friedensburg.

(Fortsetzung ¹).

Albert Pighius.

Die Nachrichten über das Leben des Albert Pigghe oder, latinisiert, Pighius sind außerordentlich dürftig. Er wurde, wohl um 1490, zu Kampen in den Niederlanden geboren, studierte in Löwen und erwarb in Köln, wo er auch lehrte, 1517 das Doktorat der Theologie. In Löwen hatte zu seinen Lehrern Adrian von Utrecht gehört, der spätere Kardinal und Regent von Spanien. Auf dessen Veranlassung kam Pighius nach Spanien und begleitete seinen Gönner, als dieser 1522 zum Papst erwählt worden war, auch nach Rom. Auch bei dem Nachfolger Adrians, Papst Clemens VII., erhielt sich Pighius in Gunst², und von Paul III. wurde er, bald nach dessen Thronbesteigung, 1535 mit der Propstei der Kirche von St. Johann Baptista in Utrecht versehen, wo er fortan lebte. Doch wurde seine gelehrte Muse im Jahre 1540 unterbrochen, als ihn Paul III. aufforderte, sich an den Religionsverhandlungen in Worms zu beteiligen. Pighius erschien in Worms und ging nach Aufhebung des Religionsgesprächs im Gefolge des Nuntius Morone nach Bayern, um dann auch an den erneuten Religionsverhandlungen des Regensburger Reichstages

1) Vgl. Bd. XVI, S. 470 ff.; Bd. XVII, S. 106 ff. 233 ff. 420 ff. 596 ff.; Bd. XIX, S. 211 ff. 473 ff.; Bd. XX, S. 59 ff. 242 ff. 500 ff.; Bd. XXI, S. 537 ff. dieser Zeitschrift.

2) Ihm widmete Pighius u. a. seine „Nova Moscoviae“ (Cod. Vat. 3922 fol. 1—11) und seine „Progymnasmata geographica“ (Cod. Vat. 6176 fol. 269—281); in der Widmung zur letztgenannten Schrift, die bestimmt war, den Ptolemaeus zu ersetzen, erwähnt Pighius, daß Clemens selbst ihn zur Abfassung angeregt habe.

teilzunehmen. Nach dessen Beendigung suchte er — im Herbst 1541 — Venedig auf; im folgenden Jahre aber treffen wir ihn wieder in Utrecht, an schwerer Krankheit darniederliegend, der er noch vor Abschluß des Jahres, am 26. Dezember 1542, erlag.

In seinen früheren Zeiten beschäftigte sich Pighius vorwiegend mit astronomischen und geographischen Studien, aus denen verschiedene Abhandlungen hervorgegangen sind; auch an der durch Leo X. angeregten Verbesserung des Kalenders nahm er Anteil. Hernach, besonders seit der zweiten Hälfte der 30er Jahre, erscheint aber Pighius auch als theologischer und polemischer Schriftsteller. Sein Hauptwerk ist die in unseren Briefen wiederholt erwähnte „*Hierarchiae ecclesiasticae Assertio*“. Durch seine vom streng katholischen Dogma abweichende Lehre von der Erbsünde und der Rechtfertigung, worin er sich der lutherischen Auffassung näherte¹, kam Pighius in Konflikt mit Johann Eck, und man suchte katholischerseits die Veröffentlichung seiner „*Controversiarum praecipuarum in comitiis Ratisbonensibus tractatarum Explicatio*“ zu verhindern oder wenigstens aufzuhalten; andererseits fanden Pighius' Lehren besonders durch seinen Schüler Johann Gropper Verbreitung; auch Julius Pflug und selbst der päpstliche Legat am Regensburger Reichstag, Contarini, sowie Pole und Morone standen der Auffassung des Pighius freundlich gegenüber.

Unsere Briefe gehören überwiegend der letzten Lebenszeit des Pighius an, zumal den Jahren 1540 und 1541, wo sie die Rolle, die Pighius damals gespielt, eingehend beleuchten. Auch bieten sie über seine schriftstellerische Thätigkeit auf theologischem Gebiet, sowie über seine wenig bekannten persönlichen Verhältnisse vielfältige Aufklärung.

238. Aleander an Pighius: macht ihm wegen eines mutlosen Briefes Vorwürfe, hofft seinen Nöten demnächst abzu- helfen. [c. 1523/1524?]²

Aus *Bibl. Vat. Cod. Vat. 8075*, fol. 36^b, undatierte Abschrift.

Commodam intraveram domum, quum mihi redditae sunt abs te litterae, ideo minus amabiles non tam quia ex illis percipio

1) Vgl. insbesondere Hefele-Hergenröther, *Konziliengeschichte*, Bd. IX, S. 936–938 und Döllinger, *Die Reformation*, Bd. III, S. 309 ff.

2) Bestimmte Anhaltspunkte für die Datierung lassen sich weder diesem Briefe noch dem folgenden entnehmen. Nur ergibt sich aus dem zweiten ohne weiteres, und entspricht wohl auch der Situation des ersten, daß Aleander und Pighius sich an einem und demselben Ort, und zwar allem Anschein nach in Rom, befanden. Damit ist die Möglichkeit einer zeitlichen Bestimmung gegeben; die Briefe fallen vermutlich in die

fortunam undique in te novercari (hoc enim et multis aliis et mihi tecum commune est), quam quia video te, quem ego mihi conceperam fortissimum contra omnia adversa virum, adeo ¹ fracto esse animo. fateor ego durum esse necessariis ad vitam rebus egere, durius item quibus ipse egeas etiam aliis debere, sed tamen non abjicienda est omnino spes omnis ², quod abs te paulo minus quam factum video. sed quia auxilio potius quam consilio res tua indiget, bono te esse animo jubeo, tantisper saltem donec experiar id quod jam dudum mente concepi: ad id autem aggrediendum non nisi triduanas inducias peto; interim quaeso collige spiritus et post tot nubilos dies sereniorum tempestatem spera. vale.

239. Aleander an Pighius: über dessen Beköstigung durch Aleander und die damit verbundenen Mißstände; seine Klagen über die Grobheit der Diener Aleanders. Soll wieder Mut fassen. [c. 1523/1524?]

Aus Bibl. Vat. Cod. Vat. 8075, fol. 45^b—46^b, undatierte Abschrift.

Ad litteras quas hesternam die ad me dedisti expostulationibus plenas respondebo fortasse pluribus alias, sed coram. neque enim est quod de his rebus nunc scribendo meliores horas male insumam. illud interim pro compertissimo habeas, sicuti nemo est te mihi charior, ita domi meae peuria, non malignitate laboratur. itaque si quando accidit ut ex portiuncula quae mihi in victum paratur, nihil aut parum aliquid, et id fortasse non aequè bonum ad te mittitur, id inde evenire, quia quum non solum ordinariam impensam restringere sim coactus, sed et bonam famulorum partem domo exigere, si quando mihi (ut heri) insperatus hospes ipsa prandii hora offertur, is quae tibi destinata erat portiunculam absumat necesse est. nam quod non ita tempestive, sed nunc serius nunc ocius aliquid mittitur, non puto te miraturum, ut qui tum a Gallis ipsis tuis percipisti, tum praesenti mecum usu nosse potes me nunquam ad alieni stomachi libellam cibum sumere consuevisse, quem ordinem non absque capitis periculo etiam si vellem inmutare possem. accedit ad id et nova incommoditas; nam quum tu in vespere interdum jusculum calidum

Zeit zwischen dem Tod Adrians VI. (gest. 19. September 1523) und der Aussendung Aleanders als Nuntius zu K. Franz I. durch Clemens VII. im folgenden Jahr. Aleander stand von Anfang an bei dem neuen Papst in hoher Gunst, während Pighius sich durch den Tod Adrians, der ihn nach Rom berufen, seiner sichersten Stütze beraubt sah und deshalb trübe in die Zukunft blickte.

1) So? Das Papier ist zerstört.

2) Spes omnis ist undeutlich, da das Papier wiederum zerstört ist.

petas, interdum et ¹ recens assum, qui fiet, quam ego saepius non cenare decrevi, sed vel semel bibere vel matutini melopeponis relictam striam tantum edere? parabiturne tua tantum causa obsonium, tanta temporum asperitate, tanta pecuniarum penuria, addo etiam coquinae longe a domo distantis importunitate? quod si nihil istorum esset, illud tamen te movere deberet, quod seviente adeo peste et insolens est et inhumanum apud nos alienas domos molestare. vix enim a nostris ipsis quae imminēt pericula cavere possumus, nedum alienorum famulorum perpetua cura sumus anxii.

Haec omnia, mi Alberte, si tecum perpendis, si talis es qualem te littere reddere debuerunt, desines conquiri de nobis, si, non minoribus quam tu infortuniis impliciti, ea quae optas non ita tibi adamussim praestare possumus. neque est quod exprobres e carissimi et mihi amicissimi hominis cellariis deproxi tibi vel libentius quam petas quotidianum vinum, quam et ego conditionem multo potius acciperem; nam vinum in dolio quamdiu durat, semper presto est. at obsonium a me tibi parari, quamlibet illud parvum sit, hoc praesertim tempore et loci omnibus cum ² illis quae supra commemoravi incommodis et periculis domum meam involvat necesse est. quod si forte importunus et ineptus satis famulus tuus non ita ut vellet blandis verbis recipitur a meis, neque ipsis omnino quicquam melioribus, scias non meae mentis esse, utpote qui jam saepe jusserim non minorem tui quam mei ipsius rationem famulos habere. verum quum illi saepe me pejus etiam quam te tractent, non aequum est ut eorum in te rusticitatem in me rejicias.

Sed ecce dum principio ad tuas litteras respondere scriptis recuso, sic labente calamo etiam plus quam vellem respondi, quod non nisi inde factum puto, quia dum ad te scribo, tecum mihi videor loqui, cujus consuetudine carius mihi est nihil. vale et fuga jam abs te istum morbum; indecorum enim est tibi et firmo juveni et docto medico diutius aegrotare; nisi forte non coercerati diu humores, sed praesentis animi affectiones tibi istam *διαρροίαν* faciant, quae quum sint nobis, imo plerisque omnibus (praesertim Romae) communes, non video cur tibi praecipue sit dolendum in eo quod accidit universis, ut verbis Ciceronis utar. et iterum adieu, messere Albert, mon bon frère et amy.

240. Alexander an einen Ungenannten: Empfehlung des Pighius; soll zu erreichen suchen, daß dieser unter die Kämmerer des Papstes, wie einst unter Adrian VI, aufgenommen werde. [o. 1523/1524?]

1) Undeutlich ob ausgestrichen.

2) So?

Aus Bibl. Vat. Cod. Vat. 8075, fol. 103^a, undatierte Abschrift.

Alberthum Pighium, qui meas tibi literas reddet, virum optimum et hominem doctissimum dignumque in primis qui in tuorum clientum albo describatur, tuo patrocinio tuaeque fidei de meliore nota commendo. nunc ego quum non possim prae febricula pontifici offerre, quaeso te id officii quod mihi vir amplissimus datarius dederat, pro me facias et commemores eum esse cujus doctos quosdam libellos et tabellam Moschoviae¹ ejus Sanctitati datarius nuper obtulerat. quod si etiam homini id expedieris quod audio pontificem liberalissime jam esse pollicitum, ut quemadmodum Albertus Adriano fuerat, reliquis pontificiis cubiculariis adscribatur — non illos cubicularios intelligo quibus menstrua distributio pecuniarum datur, sed quibus cum famulo et equo victus in pontificia familia suppetit —, vix tibi persuadere possis quantum ego tibi sim debiturus. ego vero debiturus? imo Romana sedes, cujus utilissimus non miles modo, sed et e praefectis unus contra perniciosas istas haereses Albertus esse potest. vale, vir integerrime et doctissime doctor.

241. Pighius an Papst Paul III: über seine der Kurie eingesandten Schriften: Hierarchiae Ecclesiasticae Assertio und zwei Werke wider Heinrich VIII. von England; bittet um Rücksendung eines der Manuskripte, da sein Exemplar gestohlen und dem König ausgeliefert worden ist. Eifert gegen die Akademien, die sich für letzteren ausgesprochen haben. Über eine ihm irrthümlich übertragene Pfründe in Lüttich; wünscht einen ihm zusagenderen Aufenthaltsort. Verwendet sich für den Sohn des Markgrafen von Bergen. 1539 Mai 9 Brüssel.

Aus Arch. Vat. Carte Farnes. I., eigenh. Orig., mit Empfangsvermerk vom 25. Juni.

Beatissime pater. dudum ex literis R^{mi} cardinalis Poli intellexeram, quod minime dubitabam, haud ingratas fuisse Sanctitati Vestrae lucubrationes nostras de Hierarchia Ecclesiastica², quas eidem dicavimus, tametsi confiderem gratiores futuras, si, quod per se ipsum non licuit, doctissimorum istic patrum acri studio excussisset diligenter ac de eisdem exegisset relationem ac iudicium. quam deinceps misi adversus impii atque immanissimi

1) Wohl eine Karte, die zu dem oben erwähnten Werke des Pighius Nova Moschoviae gehört haben wird.

2) Hierarchiae ecclesiasticae assertio, das theologische Hauptwerk des Pighius, zuerst 1538 zu Köln gedruckt; der Brief Poles, auf den sich Pighius hier bezieht, hat sich nicht erhalten. Frühere Briefe Poles an Pighius (1537 und 1538) s. bei Quirini, Epp. Reginaldi Poli II, 110sqq.

Anglorum tyranni in Sanctitatem Vestram atque auctoritatem apostolicae sedis blasphemias responsionem nostram, hactenus suppressam ex amicorum magis quam nostra sententia, nunc expressit omnem modum pretergressa illius impietas, quae non tulit ut ipsum insultantem Dei viventis agminibus ferremus diutius, cujus opinor pudebit illum, cum nostra legerit, si modo pudeferi poterit perfrictae frontis impietas et plus quam adamantina in malum animi obstinatio; certe sibi placere desinet. alterum vero, quem et ipsum ad Sanctitatem Vestram misi manuscriptum librum pro veritate sententiae et auctoritate iudicii sedis vestrae de illius matrimonio, unde eidem in sequentia omnia praecipitum factum est, adversus septem academiarum non parvi nominis praedudicium et sententiam, quam editis etiam libris adhuc tuentur mordicus, ad me remitti cupio, ut illi qui nunc editur responsioni nostrae velut cognati argumenti addam comitem, quandoquidem in illius editione omnis jacta erat alea, ut mihi plus timere non debeam etiam quicquid addidero. quod vero illum cogor istinc repetere, effecit perfidus quidam, qui mihi furto ablatum autographum et delatum in Angliam regi impio vendidit, velut in gratiam ejus editioni cui parabatur subtractum, nullum ejus exemplar extare persuadens. nec sane extat aliud quam quod ad Sanctitatem Vestram missum est, de quo frequentissimis meis litteris interpellatus R^{ums} cardinalis Sanctae Crucis¹, qui ipsum eidem Sanctitati Vestrae offerendum recepit, quoniam nihil respondit, coactus sum ejus hic mentionem facere. dolerem profecto periisse laborem tantum non tam mihi (quamquam et hoc quidem dolerem plurimum) quam Christi ecclesiae et dignitati auctoritatisque sedis vestrae, non solum quod eam ipsam asserit et injustissimam illius adversus eundem contumaciam ac rebellionem evidenter coarguit, sed multo maxime, quo precipue — quamvis suboblique — spectavimus, ad detrahendum his academiis illud quod sibi non parva auctoritatis dignitatisque sedis vestrae jactura evidentique religionis et ecclesiasticae hierarchiae vigoris pernitie sibi assumpserunt supercilium, quandoquidem ea universa ex una auctoritatis dignitatisque sedis vestrae recognitione in universa ecclesia precipue dependere apud me certum est, nec aliam pestem efficaciorum pernitiosiorumque ecclesiae religionique inducere potuisse diabolum quam quod eam vilem nunc fecit et contemptibilem omnibus. hoc certe certum indubitatumque est ex illo academiarum supercilio prodiisse seditiosa ea decreta in Constantiensi Basiliensique conciliis, quibus ecclesiasticae hierarchiae principem in ordinem cogere et pastorem rectoremque nobis constitutum a Christo ovium suarum auctoritati

1) Francesco Quignones, Kardinalpresbyter von S. Croce in Gerusalemme.

ac iudicio subicere adversus omnem rationem atque ordinem conati sunt. adversus quae etsi libro VI. Hierarchiae nostrae ita egerimus ut nos praegravans ac pene opprimens auctoritatis duorum illorum conciliorum atque etiam defendentium eandem academiarum pondus discussisse satis confidamus, mihi nihilominus operae pretium videtur etiam in predicto suo adversus apostolicae sedis iudicium tam presumptuoso temerario falsoque prejudicio suum illis errorem evidenter demonstrari, ne si ad concilii celebrationem ventum fuerit, prejudiciis illis suis nimium inniti ac insistere audeant. quod si fieret, nullum alium inde fructum sperarem quam majorem gravioremque rerum omnium confusionem atque incertitudinem. mihi sane in celebrando concilio ab horum supercilio, prejudiciis receptisque opinionibus quam ab ipsis aperte hereticis pejus divinat animus. sed si forte Vestra Sanctitas et illorum tam unitorum auctoritatem existimationemque et nostram unius imbecillitatem utrimque estimans hoc in congressu nobis metuat, ita cogitet non in multitudine, sed in demonstrationum evidentia et veritate consistere victoriam, quam ex parte nostra stare certo confidimus. utcunque unius me periculo dimicabitur, at Vestre Sanctitati atque ejus sedi cedet fructus victoriae, quae etiam si non plane confessa contigerit, tamen successuram etiam illorum ipsorum iudicio et conscientia non dubito. hoc certe plurimum momenti habebit, eorundem adversus apostolice sedis auctoritatem, sententiam et iudicium publice impugnari definitiones ac iudicia, et per hoc revocari in dubium quae alioqui vulgus hominum solo tot academiarum audito nomine velut indubitata accipit. proinde Vestra Sanctitas jubebit librum illum ad me remitti continuo cum patrum aliquot doctissimorum sacri senatus sui censura et iudicio, si quae forte in eodem emendata aut mutata cuperent, qua precipue causa eundem istuc manuscriptum miseram.

Egeram jamdudum Sanctitati Vestrae gratias de sua in me benevolentia, quam nuper in delatis mihi ultro canonicatu et prebenda Leodiensi (quod etiam ipsum a R^{mo} Polo intellexeram) vacantibus per mortem Atrebatensis episcopi¹ ostendit; sed littere nostrae casu veredarum commadefacte in itinere ac pene delete eidem Sanctitati reddite non sunt; et quamvis hac in re ejusdem benignitas et liberalitas nobis inefficax fuerit, quod non quo putabatur ille mense obierit, mihi tamen non minus grata est quam cum ipso illo munere, quo tanto aequiore animo careo quanto

1) Der betreffende Bischof Eustachius de Croy starb im Oktober 1538 (Gams). Übrigens besaß Pighius seit 1535 die Propstei von St. Johann in Utrecht, deren Einkünfte auf 200 Gulden geschätzt wurden. Vgl. das Breve P. Pauls III. an ihn vom 1. August 1535 in Arch. Vat. Arm. 40, Vol. 52, fol. 48, nr. 31 (Originalminute).

minus expectaveram, ut qui Christi ecclesiae jamdudum servio alterius nullius retributionis respectu quam ab illo qui est retributor piorum laborum omnium. tamen quando etiam Sanctitas Vestra pro suo officio ultro nostri meminisse cepit, si eidem curae fuerit ut hinc ereptus, ubi meo genio studiisque meis parum convenit, alibi inter doctos aliquanto liberius mihi vivere liceat (nam semel in hanc harenam progressus satis intelligo mihi semper standum in procinctu atque acie adversus hec monstra plane tartarea), currenti non solum calcar, sed et vires addet et plus ut spero utilitatis ecclesia ex nobis accipiet, cui tamen officium nostrum, qualecunque a me prestari poterit, etiam quantumvis ab hominibus negligar, immo et malam gratiam rettulero, propitio Christo nunquam deerit. unum nunc peto a Sanctitate Vestra non mihi, sed singulari meo patrono dignissimo, sane quem eadem Sanctitas sibi demereatur et sedi apostolicae, Ill^{mo} inquam domino marchioni Bergensi, ut ejus filium generosissimae indolis et quem studiose educari curat, ecclesie prothonotariatus titulo exornatum scribat ordini ecclesiastico. quod cum ille magni facit et istic quibuslibet obtrudi soleat, dudum rogatus addixi me illi curaturum, in quo Sanctitas Vestra faciem meam non confundet, quam Christus diu servet incolumem et sanctos ejus conatus felicitet.

Raptim Bruxellis die 9 maji 1539.

Ejusdem Sanctitatis Vestrae
obsequentissimus filius et deditissimus
servitor Albertus Pighius.

242. Pighius an [Kardinal Alessandro Farnese, Legaten bei Kaiser Karl V.]: schickt seine Schrift *De Ecclesiastica Hierarchia*, über die sich die Kardinäle Sadolet und Pole anerkennend ausgesprochen haben. Hat ferner wider Heinrich VIII. geschrieben, die Abhandlung aber noch nicht zu veröffentlichen gewagt. Schreibt sodann ausführlich über die Entstehung und den Plan seiner gegen die nordische Kirchenordnung Bugenhagens gerichteten Schrift *Περὶ ἀρχῶν*. Ist erbötig, was davon vollendet ist, Farnese zur Begutachtung zu übersenden. Klagt, dafs er fern von geistig angeregten Menschen lebe. 1540 März 5, Utrecht.

Aus Arch. Vat. cod. 303 Germ. XII, fol. 26^a—28^b, gleichzeitige Abschrift; auch Cod. Vallicell. L. 4, fol. 58^b—61^a, gleichzeitige Abschrift, und Arch. Vat. Pior. cod. 264, fol. 41^a—44^b, spätere Abschrift.

R^{mo} atque Ill^{me} domine.

Non potui committere pro meo in ecclesiam studio quin tibi

vel ultro me ingererem; hoc enim utriusque nostrum et officio et instituto mihi convenire videbatur: tuo equidem ut qui, pro ecclesiae dignitate utilitateque procuranda publicae legationis ab apostolica sede defungeris officio, quorum et in quibus hic in medio nationis pravae ac perversae ecclesiaeque dignitati imprimis infensae inter ignotos homines uti posses opera et servitio noscere¹; nostro vero, ne qua nobis elaberetur occasio adjuvandae utilitati publicae, cui nos jamdudum devovimus. pro qua quos nuper edidimus de Ecclesiastica Hierarchia libros, San^{mo} Domino Nostro Paulo, ut summo ecclesiae hierarchae, dicatos, dignaberis alter ille pro tua in omnes qui de Christi religione bene mereri student humanitate et benevolentia, benigne suscipere tanquam tibi proprie dicatos, immo magis proprie, ut in quo illius tam senis reviviscit et imago et virtus et gloria. ad quorum etiam lectionem ut spero Celsitudinem Tuam invitabit amplissimorum doctissimorumque vestri ordinis virorum, nempe R^{morum} Sadoleti² et Poli, de eisdem iudicium: quorum ille mihi ignotus facie nec ullis unquam meis litteris provocatus, cum forte incidisset in eosdem, Carpenteracto amantissime ad me scripsit; hic vero, quocum nonnulla mihi familiaris notitia intercesserat et per quem eosdem Sanctitati Suae offerendos curavi, et ad me et ad amicos quosdam suos, dominum doctorem Tongrensem venerandum senem doctissimumque theologum, et Theodericum Hezium Adriano quondam pontifici ab epistolis, viros optimos et amantes nostri, tametsi per suam ab urbe et pontificis comitatu absentiam neuter prestiterit quicquam omnium eorum quae ultro et amantissime suis litteris pollicentur; quarum exemplaria ea causa his adjuncta, si forte ejusdem etiam Tuae Celsitudinis nobilissimum ingenium talium virorum provocatum iudicio eisdem legendis, quas horas functioni publicae subtrahit, conetur impendere. quod si fecerit, spero fore ne poeniteat operae.

Absolvi insuper et alia quaedam pro dignitate autoritateque ecclesiae: et imprimis responsionem ad libellum quendam editum nuper sub nomine regis Angli atque ejus senatus et concilii de celebrando concilio, omnium quos vidit orbis pestilentissimum, maledicentissimum et sediciosissimum; deinde etiam libro bene magno accurate ac diligenter asserui auctoritatem iudicii et veritatem sententiae sedis apostolicae de ejusdem regis matrimonio (ex cujus contemptu illi in sequentia omnia precipitum factum est)

1) Zu lesen: noscas? — Farnese befand sich damals als apostolischer Legat am Hoflager des Kaisers in den Niederlanden.

2) Ein Brief Sadolets an Pighius vom 27. Februar 1539 mit Lobeserhebungen über die Hierarchia ist gedruckt in Sadoleti Epistolae familiares, vol. III, p. 68—71 (Abschrift in den Carte Farnes. des Vatikanischen Archivs).

adversus contrariam primi nominis academiarum quarundam, inter quas etiam Parisiensis est, de eodem sententiam, plurimum sane derogantem auctoritati dignitatisque sedis apostolicae. atque ita asserui, ut dicam aliquid animosius et jactantius, ut illas ipsas sententiae illius suae merito pudere debeat. sed hoc nondum edidimus, primum quod magna sit editionis impensa et census nostri exiles et tenues; deinde quod vix tuta hactenus fuerit eorundem editio, quam diu (quod nondum fecerunt) non palam declararunt nostri principes pluris se Christi gloriam et ecclesiae suae dignitatem quam illius amicitiam facere, cui palam impio scismatico, heretico et Christi ecclesiae atque ejus pastoris juratissimo hosti non verentur conjungi foederibus, ejusdem oratores penes se habere et suis illum vicissim honorare. qui si semel sui officii meminisse coeperint, semel tangi zelo domus Dei, tunc foret tempestiva nostra editio; tametsi illum pro auctoritate judicii et veritate sententiae sedis apostolicae adversus contrariam academiarum sententiam jam nunc editum cuperem!

Habeo praeterea in manibus et aliud quiddam, quod quale futurum sit aliorum malo quam meo definiiri iudicio; mihi tamen, nisi imponat philautia¹, videtur efficacissimum fore adversus debacchantes nunc per ecclesiam hereses, cujus aliunde nata occasio aliud peperit. nam cum nondum cesset proficere in pejus radix illa impietatis, sed magna adhuc incrementa quotidie suscipiat nuperque sub christiano nomine, cum re nihil minus sit, potito Danorum Nortwegiaeque regnis perfide ante omnia et proditorie captis omnibus eorundem episcopis catholicis, deinde exulare jussis fugatisque universis [ex] illis regnis viris religiosis et orthodoxae fidei innitentibus sacerdotibus, miser ille populus jam orbatus pastoribus partim vi metuque, partim persuasione abstractus avulsusque fuerit a catholicae ecclesiae visceribus, ut illic novam Sathanae ecclesiam ad illius Lutheri praescriptum idem ille conderet, a latere ejusdem impetravit apostolum Joannem quendam Pomeranum apostatam, qui abrogata semel universa forma catholicae ecclesiae, quae ab ipsis usque apostolis toto orbe conservata est, novo more absque hierarchiae ecclesiasticae sacris ordinibus, absque sacrificio, absque sacerdotio, absque episcopis, nisi quales profani homines, rex impius, scismaticus, hereticus et illud ipsum hereticorum vulgus, praeter morem ordinationis ecclesiasticae, sua illa auctoritate possent constituere: eam ipsam secundum suum et magistri sui Lutheri furiosum cerebrum ordinavit ecclesiam et regulam insuper quam sequeretur eidem praescripsit. quae cum typis excussa atque illic regia auctoritate publicata inde spargeretur in orbem, a viris quibusdam piis, religiosis

1) D. i. *philautia*.

et doctis instantissime rogatus ego, ut eidem sane pestilentissime aliquod temperarem pararemque antidotum, egre quidem animum induxi ut illis obsequerer; extorsit tamen eflagitantium et auctoritas et instantia et ipsius causae pietas, ut ipsorum desiderio aliqua ex parte satisfacere cuperem. sed cum excusso libello invenirem in eodem summam universi illius pestilentissimi Lutherani evangelii, refugit rursus animus et horruit Camarinam¹ tangere, praesertim cum adversus impia illa ejus evangelii dogmata a tam multis viris piis et eruditissimis diligentissime laboratum sit, nec minus a nobis ea ipsa primo in universum, deinde et sigillatim pene universa libris Hierarchiae nostrae secundum demonstratum in eis methodum facile certoque discernendi fidem orthodoxam ab heretica satis perstricta sint, ne iterum hic actum agerem. non cessantibus tamen illis importunis me precibus obtundere nec ullam excusationem admittentibus quominus suo desiderio satisfacerem, incidit tandem menti cogitatio ut universam illam quamvis infinitam impietatem, quod a nemine adhuc tentatum fuerat, reducerem in certa aliquot capita et principia, unde penderent deducerenturque caetera; quae non, ut hactenus, aequali fere utrinque partium animositate, contentione et victoriae presumptione, sed ita excuterem et traducerem (quod mihi fieri posse videbatur) ut vel digitis palpari posset eorundem falsitas et absurditas, et pudorem incutere his qui se illis addixerunt, etiam si frontis sint perfrictissimae. id quod ita mihi successisse existimo ut seu in concilii discussionem res deducatur, seu tantum publice in orbem haec nostra edantur, nemo proditurus sit qui illis aut audebit aut poterit contra hiscere. ad tantam enim evidentiam et luculentiam hanc veritatis assertionem mihi persuadeo pervenisse, et puto quod vere mihi persuadeo, quemodmodum et auctoritas ecclesiasticae hierarchiae praesidis in illis libris nostris de Hierarchia Ecclesiastica.

Titulum feci operi *Περί ἀρχῶν* aut de principiis novae ejus doctrinae, quam falso evangelicam vocant, atque ejus universae in eisdem luculenta confutatio et contrariae veraeque evangelicae veritatis assertio. partiti ipsum sumus in tria praecipue capita et velut principia, in quibus virtute includuntur caetera pene universa quae ejusdem evangelii sunt. primum est de nostrae redemptionis salutisque misterio et justificatione hominis, quo illam pacto assequimur; de poenitentia et quaecunque ad hoc argumentum pertinent, in quo excutimus illud ipsorum dogma omnium pestilentissimum et in alia se extendens quam plurima impiissima atque absurdissima de fide et operibus. secundum vero est de

1) Stadt in Sizilien, mit sagenberühmtem gleichnamigen Sumpf, hier also wohl einfach für Sumpf gebraucht.

libero arbitrio, natura, gratia, peccato et quecumque illi argumento aut necessario connexa sunt aut affinia: ut sunt Dei praescientia, providentia qua mundum gubernat, praedestinatio, reprobatio et quae ejus generis sunt. tertium est de certis indubitatisque credendorum principiis, ex quibus videlicet ea certo demonstrari stabilisque valeant, in quo falsissimam demonstramus illorum sententiam et omnium errorum fontem et scaturiginem, qua uni canonicae scripturae tribuentes omnia, ecclesiae traditionis auctoritatem nullius faciant. in quibus principibus et capitibus tribus si convenerimus, adjuncta eisdem auctoritate, quam alibi aequae evidenter demonstravimus ecclesiasticae hierarchiae praesidis, nihil erit inter nos dissonum. hujus operis editionem ut accelerari cupio, ita ejus absolutioni insto diligentissime. cujus partem priorem potioreque jam absolutam, ut manu mea descripta est, etiam nunc una misissem Dominationi Vestrae R^{mae}, si certo intellexissem (quod tamen suspicor) eandem penes se habere litterarum et theologiae peritissimos aliquot, quorum acri judicio et censura eam ipsam excussam limatamque optarim, interim dum ego absolverem sequentia. nam hic inter epulones et ventri deditos incommode habitans neminem habeo quocum verbum ullum conferre possim sacratorum studiorum ejusmodi, cujus admoneri censura, uti adjuvari que judicio, id quod mihi est gravissimum et molestissimum. sed Deo aliquando hoc curae erit!

Et hactenus quidem nos ipsos nostrasque merces Celsitudini Tuae aperuimus, non ostentandi easdem aut vendicandi, sed ejus obsequiis et publicae ecclesiae utilitati offerendi gratia. cui si aut ille ¹ aut nos ipsi usui esse poterimus, intelligit eadem cui imperare poterit, quod cupio ut liberrime faciat. oro Christum ut aliquando dignetur ad nos respicere et restituere ecclesiam suam secundum annos pristinos, tibi que perpetuo inspirare quae ex illius dignitate atque utilitate sunt eadem que fortunare.

Trajecti die 5 martii 1540.

243. Kardinal Alessandro Farnese an Pighius: Brief

erhalten. Bitte ihm alle seine Schriften zu übersenden. Anweisung von zweihundert Gulden für ihn. 1540 März 13 Gent.

Aus Cod. Vallicell. L. 4, fol. 61^b—62^a, gleichzeitige Abschrift; auch Arch. Vat. Fior. cod. 264, fol. 44^b—45^b, spätere Abschrift.

Amabam equidem te Pighi antea plurimum, cum propter ingenii praestantiam doctrinamque singularem, tum etiam multo magis propter pietatem animi tui et in vera religione constantiam, in qua tu quidem non modo ab errore eorum qui damnatas haereses novare iterum student, semper abhorruisti, sed caeteros

1) = illae (merces).

etiam retinere in catholica fide optimis verissimisque rationibus laborasti. qua de re cum ego quoque inter alios multos pro officio atque loco, quem in ecclesia Dei teneo, te (ut paulo ante dixi) amarem plurimum optaremque, quoniam venire in eas regiones mihi contigisset a quibus domicilium tuum non longe abesset, ut tui videndi mihi praeberetur occasio: ecce adferuntur mihi a te litterae humanitatis gravitatisque plenissimae. quibus lectis (vidi enim in his quanto cum studio laborem pro vera christiana religione continenter inpendas) tanta accessio ad priorem meam erga te benivolentiam facta est quanto proprius et clarius intuiti mihi merita tua sunt perspecta et cognita. cur enim non amarem hominem cum litteratum, tum de catholica fide tot jam conscriptis libris optime meritum? sed ut ad epistolam veniam, gratissimum mihi fuit ex ea intelligere te multa domi habere quae, praeter ea quae jam edideris contra haereticos nostrae tempestatis, vel absolveris jam vel inchoaris. illud doleo, quod eorum parti lucem timeas eamque ob causam intra parietes contineas, tametsi justis de causis moveri te video. itaque quaecunque haecenus a te scripta sunt (sive perfecta sive informata¹ sunt), ut eorum omnium mihi copiam facias, te etiam atque etiam rogo. neque enim exhibunt de mea bibliotheca unquam in vulgus et mihi hoc gratius facere nihil potes. ac ut tibi sit unde commodius curare id mihi possis, dedi operam ut Antverpiae ducenti tibi floreni rhenani dentur, pro quibus mittas licet ad oeconomum hic meum, ut chirographo ab eo confecto pecunia nuncio tuo ab argentario Antverpie repraesentetur et tuto ad te perferatur; tam enim reliqua tua cara mihi et jucunda erunt quam is liber quem una cum epistola ad me misisti, qui quidem fuit mihi gratissimus.

Vale et tibi persuade nihil esse quod nedum a me, sed a pontifice maximo, cui mea commendatione eris etiam post hac gratior, impetrare non possis.

Gandavi 13 martii 1540.

244. Pighius an Morone: Dank für ein Geldgeschenk, welches er zur Herausgabe einer Schrift wider König Heinrich VIII. verwenden wird; bittet Morone deren Widmung anzunehmen; eine andere Schrift in der nämlichen Angelegenheit hält er noch zurück, will dagegen jener die Schrift *περὶ ἀρχῶν* im Druck folgen lassen. 1540 April 1 [Utrecht?]

Aus Arch. Vat. 303 Germ. XII, fol. 28^b und 30^a, gleichzeitige Abschrift.

Habeo itaque humanitati tuae immortales gratias pro eo quo

1) So!

me ornavit munere, quod propitio Deo in publicam utilitatem mox conferam. nam curabo continuo edendum librum quo auctoritatem iudicii et veritatem sententiae sedis apostolicae de regis Angli matrimonio assero adversus septem academiarii primi nominis sententiam, cujus assertione plurimum sane derogarunt auctoritati sedis apostolicae. quem sibi dedicari patietur Rev. Paternitas Tua et grate accipiet; nam multis nominibus mihi utile videtur ut is liber edatur. alterum, quo regis pestilentissimo, seditiosissimo et maledicentissimo omnium quos vidit orbis libello respondeo, mox rescribendum curabo, quo et in illo ejus desiderio satisfaciam; nam hunc edere nisi quid certius intellexero, tutum mihi non videtur. Peri archon hereticon ita urgeo ut, dum prius illud a praelo exeat, hoc absolutum paratumque sit ut praelum subeat, in quo duobus amanuensibus negotium irrequietum exhibeo, et brevi ut spero absolvetur, aut certe eo perduxero ut ubicunque illud ipsum mox absolvere potero, quo ut primum productum fuerit, R^{mam} P. V. coram invisam.

[Aufschrift]. Ex literis suprascripti [i. e. Pighii] die prima apilis 1540.

245. Pighius an Kardinal Marcello Cervini: Freude, daß dieser als Legat an den Kaiserhof zurückkehrt. Kurzes Verweilen des Pighius in Lüttich in den Kreisen der Universität; Besprechung dort über sein Werk gegen Calvin. Wunsch in Lüttich zu leben; wie das, mit Hilfe Cervinis und des Bischofs von Aquila, zu ermöglichen. Schickt seine Apologie des römischen Stuhls. 1540 Juni 16 Utrecht.

Aus Neapel Grande Archivio Carte Farnesiane fasc. 955 Orig.

R^{me} in Christo pater et patrone incomparabilis. de reditu R^{me} P. V. ad Caesarem cum legationis munere pro sede apostolica ¹ quantopere gaudeam, tametsi sciam eandem per se intelligere, committere tamen non potui quin et redditam nobis eandem per literas gratularer, qua jam presente licebit subinde perfrui, licebit auctoritate gratia et ope sublevari.

Dudum Gandavo profectus Lovanium, hesi ibidem dies pauculos nostra quae sunt in manibus cum doctissimis academiae viris conferens, quibus et Calvinum illum ipsis ante non visum legendum exhibui et nostrum consilium de retractando coepto a nobis opere universo exposui, quo in illum rectius calamum

1) Cervini war im Gefolge des Legaten Farnese am kaiserlichen Hoflager in den Niederlanden gewesen und hatte mit Farnese zusammen die Rückreise angetreten, auf der ihn der Befehl der Kurie erreichte, umzukehren und seinerseits als Legat sich an den Kaiserhof zu verfügen.

stringerem. quod ipsis consilium non placuit, sed optarunt coeptum quo coepi ordine modoque absolvere et ut quum primum ederetur modis omnibus instare, quo nihil hactenus majori fructu et efficacia prodiisse adversus nunc debacchantes per ecclesiam hereses affirmarunt, si modo priori parti jam absolutae, quam perlegerunt, sequentia, quod mihi curae erit, respondeant; adversus Calvinum vero, si videretur, illi annectendum corollarium, in quo si quid non satis a nobis excussum in illo deprehendissem, discuterem exactius. quorum consilio, quod tamen ad muturandam operis absolute editionemque praecipue spectare satis intelligebam, tametsi tunc mihi parendum videbatur, post in ipso opere aliud visum est, ut qui eo sumus ingenio ut antagonistae concertatorisque excitamur, non dejicimur viribus et ingenio, praesertim in ea causa, ubi a nobis stat certa veritas, adversus quam nihil ulla vis struet humani ingenii etiam armata omnibus eloquentiae, omnibus artis dialecticae viribus, ut aliquid dicam confidentius, quod non nuda veritatis vi Christo adjutore comminuemus facile, itaque toti in hoc sumus. in quo unum hoc nobis maximo incommodo atque impedimento est, quod hic sumus loco tam abhorrente a musis, ut amanuensem doctum non modo nullum suppeditet, sed nec accersitum aliunde etiam quantovis stipendio ferat, sine quo tamen mutilus et mancus sum nec possum coeptum opus absolvere.

Paucorum ea mora dierum apud Lovanium et cum eruditis conversatione expertus quantum studiis meis conferret et quanto plus Christi ecclesia ex me emolumentum caperet, si illo liceret regredi et cum illis vivere, ejus jam dudum magno desiderio estuans, incredibili insuper ardore accensus sum. cujus si R^{mae} P. V. studio atque intercessione compotem me Paulus pontifex fecerit, spero intellecturum illum et vestri ordinis omnes quod hoc non male collocarint beneficii. una ejus conficienda est ratio, si curetur ut aliunde mihi subministretur, unde illic possem commode et honeste vivere. nam sacerdotiorum meorum quae Trajecti sunt emolumenta non sequuntur absentem, quae per me licebit ad se recipiat pontifex et alteri cui volet conferat, dum mihi Lovanii vivere liceat. aperuit se nonnulla spes assequendi illic tituli praepositurae, quamvis sine emolumentis et fructibus, quem tamen ideo ambimus vehementer quod cancellariatus quem vocant academiae munus annexum habeat, nostris studiis maxime congruum. de quo et ejus assequendi medio cum R^{me} ornatissimoque domino episcopo Aquilano ¹ pluribus communicavimus, quem et ei negotio conficiendo proxenetam delegimus, id quod intercedente gratia atque autoritate R^{me} P. V. facilius poterit.

1) Bernardo Sanzio war mit Spezialaufträgen der Kurie in die Niederlande entsandt worden.

Mitto nunc eidem Apologiam nostram, quam pro autoritate pontificis et sedis apostolicae in celebrando concilio adversus Lutheranae conjurationis Smalcaldiano conventu dictatam editamque sententiam anno ab hinc tertio edidimus, quam et ipsam ut caetera nostra percurrere dignabitur et nos inter suos habere. oro Christum ut R^{mam} P. V. diu servet incolumem et ejus pios conatus ad suam gloriam et ecclesiae suae utilitatem dirigat et foelicitet.

Raptim Trajecti 16 junii 1540.

E. R^{mo} P. V.

deditissimus servitor

Albertus Pighius.

[Adresse] R^{mo} in Christo patri ac domino d. Marcello episcopo Neocastrensi, S. Romanae ecclesiae cardinali et a latere legato, domino suo unice obsequendo. — resp. 18.

246. P. Paul III. an Pighius: beruft ihn zur Teilnahme am Wormser Religionsgespräch. 1540 Oktober 1 Rom.

Aus Arch. Vat. Armar. 41 vol. 19 nr. 853, korrigierte Minute.

Cum ¹ ad colloquium Vormaciae inter aliquot deputatos Catholicorum et aliorum diversa in fide sententium Germaniae principum proxime habendum missuri essemus hinc etiam ad Cesareae Majestatis instantiam unum ex praelatis nostris eique adjuncturi aliquos doctrina ac pietate praestantes viros, non fuimus dubii quin te vel in primis illis adnumerarem. scimus enim quali eruditione sis et quam pium animum geras quantumque haec sancta sedes in te confidere possit, apud quam sub predecessore nostro diu versatus cum virtutis tum observantiae in illam tuae nobis monumenta reliquisti, quae nos grato animo conservamus. cum igitur nullum tempus habiturus sis aptius in quo tua excellens doctrina atque erga Deum pietas et in nos observantia elucere possit, libenter ad pium hunc laborem te vocantes hortamur ut ad dictum colloquium te in tempore destinato conferas eaque inibi cum praelato nostro ², quem propediem missuri sumus, ac ceteris per nos mittendis, precipueque venerabili [fratri] Antonio Pernott [episcopo] Attrebatensi ³ in honorem omnipotentis Dei

1) Im Anfang sind einige Wendungen unterstrichen und am Rande andere dafür eingesetzt, doch ist der Rand beschnitten, so daß die Korrekturen nicht mehr vollständig zu erkennen sind. Wir geben daher den ursprünglichen Text wieder, dessen Sinn auch durch die, soviel man sieht, rein stilistischen Korrekturen nicht berührt wird.

2) Tommaso Campeggi, Bischof von Feltre.

3) D. i. der jüngere Granvella B. von Arras. — precipueque —

assertionemque catholicae fidei et apostolicae sedis agas et cures quae te digna et nostrae in te spei consentanea sunt, quemadmodum ex eodem praelato nostro et haec et nostram tibi paratam gratitudinem plenius et particularius intelliges.

Datum Rome prima octobris 1540 anno 6¹.

247. Pighius an Morone: schickt eine Kontroversschrift über die Erbsünde; macht auf die bedenkliche Haltung Ecks im Wormser Religionsgespräch aufmerksam. Schreibt über die Rechtfertigungslehre. Bittet um Nachrichten aus Rom, fragt nach Briefen Cervinis; schrieb an den Bischof von Seckau. 1541 Februar 13 Ingolstadt.

Aus Mailand Bibl. Ambros. cod. O 230 sup., fol. 178 Orig.

R^{mo} domine et patrone singularis. quandoquidem se obtulit familiaris R^{mae} D. T., mitto eidem absolutam jam primam de peccato originali controversiam², explicatam quidem prolixius quam institueram, sed quam legisse non poenitebit. ex qua etiam intelliget ad qualia quantaque doctrinae adversariorum mysteria conniverit colloquutor noster catholicus, adeo ut si ex disceptatione istiusmodi in causa religionis pronunciandum aliquid foret, non exiguum ex ipsa subiret periculi. intelliget quoque, quae qualiaque adversariorum dogmata velut dissimulando comprobant; capta cum eisdem conclusio in hac controversia. controversiam de justificatione etiam pertracto diligentius quam constitueram, atque adeo ex integro, nam in ea cum nimium brevitati studerem, mihi ipsi non satisfeceram; in reliquo autem satisfecisse mihi videor.

Si quid R^{ma} D. T. habeat ex urbe de adventu alicujus legati aut aliquo quod me concernat, oro ut me certiore facias. vehementer expecto litteras R^{mi} S. Crucis³, quas non venisse mihi persuadere non possum; sed si ad Feltrensem pervenerunt, ipse fortassis easdem retinet. cupio etiam ut mihi respondeat de quibus ante quatrimum per R^{mm} Segoviensem⁴ scripsi. ego hic laboribus pene me eneco. si videbitur R^{mo} D. T. dignum, po-

Attrebatensi am Rande eingeschoben, und zwar entspricht diese Einfügung einem unter dem Konzept befindlichen Vorschlag des Kardinals Ghinucci.

1) Datum auf der Rückseite.

2) Kardinal Cervini.

3) Über die Entstehung dieser „Controversiae“ des Pighius, d. h. Abhandlungen über die Kontroverspunkte zwischen Alt- und Neugläubigen, vgl. Dittrich, Gasparo Contarini, S. 661 sqq.

4) Georg von Tessingen, Bischof von Seckau.

terit familiarem meum, qui istic est, ad me mittere cum ejus litteris, quam opto diu valere foelicem et incolumem.

Raptim Ingolstadii die 13 februarii 1541.

Dignabitur R^{ma} D. T. ex his alteram
(nam binas mitto) dare R^{mo} Segoviensi. Albertus Pighius.

248. Pighius an Morone: Briefe dieses erhalten. Morones Begehren, seine schon mit anderen im Druck befindliche Kontroversschrift über die Erbsünde vorerst nicht zu veröffentlichen; Hoffnung auf Contarinis Kommen. Die zweite Kontroversschrift über die Rechtfertigungslehre. Briefe Cervinis verspätet erhalten. 1541 Februar 18 Ingolstadt.

Aus Mailand Bibl. Ambros. cod. O 230 sup., fol. 179 Orig.

R^{me} domine et patrone singularis. expectate admodum mihi venerunt littere R^{mo} D. T., ex quibus caetera omnia jucundum erat intelligere; unum vero illud de quo me nunc admonet, ut ad finem comitorum supprimatur explicatio controversiae illius de peccato originis, ut de qua Wormatiae tractatum est, doleo nec eidem nec mihi tum venisse in mentem, cum de editione lucubrationum istarum nostrarum cum eadem agerem et in itinere et hic ¹. neque enim unquam putavi mihi illicitum nomine meo privato edere de controversiis his, quibus nunc exagitur ecclesia, meam sententiam. nihil ego de sacramento secreti istiusmodi intellexeram; nunc quid fieri possit, non intelligo. nec potest prima controversia supprimi, nisi supprimantur omnes. conjunctim imprimi caepti sunt et in eundem quaternum incurrunt finis primae et secundae initium. et revera illam ipsam controversiam sic concludi definirique ex illo Wormatiensi colloquio mihi non videtur ex re religionis et fidei nec ex dignitate sedis apostolicae. nam quanta qualiaque in eodem dissimulata fuerint mysteria sententiae adversariorum de peccato originis, ex nostra pertractatione intelliget. tamen quaecunque hoc sit, nullum medium est supprimendi nostram hanc explicationem de peccato originis, nisi supprimantur universa, quod equidem non foret difficile, si mea forent omnia exemplaria; sed quando medietas est impressoris, hominis non locupletis, non intelligo ut illud possit fieri, nisi omnia ab illo exemplaria redimam, quod nimis gravis impensa foret. sed spero brevi affore R^{num} dominum legatum ², qui sua prudentia hunc forte nodum nobis explicaturus est.

1) Pighius hatte Worms im Gefolge Morones verlassen und war mit diesem bis Ingolstadt gegangen. Vgl. unten Nr. 250, S. 130 und Nr. 253, S. 135.

2) Kardinal Gasparo Contarini, zum Regensburger Reichstag entsandt, war bereits unterwegs.

Nondum absoluta est secunda de justificatione controversia, quam retracto ex integro et plenius quam constitueram, alioqui misissem cum praesentibus; mittam autem, cum primum absoluta erit; nam certo confido eam vehementer placituram bonis omnibus.

Littere R^{mi} Sanctae Crucis, quas recepi, vetuste admodum fuerunt et delituerunt nescio ubi plus quam duobus mensibus; nam interim alias ejus recentiores multo accepi et expectabam alias, quae et ipse forte adhuc herent alicubi. caeterum et me et mea omnia R^{mo} D. T. commendo, quae foelicissime valeat.

Ingolstadii die 18 februarii 1541.

Desyderio domini praepositi libenter satisfacere, et solvi florenos quinque et totidem battios¹. si ita videbitur D. T. R^{mo}, non det R^{mo} domino Sicoviensi libellum, sed penes se servet.

Alb. Pighius.

249. Pighius an Morone: Briefe von ihm und Granvella erhalten; schickt Antwort an letzteren mit. Klagt über die ihm aus seinem Eifer für die Sache der Kirche erwachsenen Belästigungen, die auf Eck zurückgehen. Das Verhalten des Bischofs von Aquila und Granvellas Wunsch, dafs zur Zeit des Religionsgesprächs nichts wider die Protestanten gedruckt würde. Schickt weitere Kontroversschriften. Erwartet Granvellas Antwort. 1541 Februar 27 Ingolstadt.

Aus Mailand Bibl. Ambros. cod. O 230 sup. fol. 180 Orig.

R^{mo} domine et patrone singularis. recepi binas litteras R^{mo} D. T. una cum litteris Ill. domini Granvellani et Majestatis Caesareae, quibus quo brevius mihi respondere liceret, adjunxi exemplum litterarum mearum, quibus illius literis respondeo². vestrae proinde humanitatis erit, meo honori et indemnitati consulere, qui ut synceritati religionis ac fidei et dignitati ecclesiae Christi consulerem, me ipsum exhausti et pene enecavi. sed nescio quo meo malo fato pro meo officio non solum nullam gratiam, sed damnum, calumnias et offensam ubique reporto. non egit candide ille Eckius, qui hanc nobis movit tragoediam et apud omnes egit, apud me vero nullum verbum egit. istiusmodi patronis et patrociniis non recte agetur causa religionis et fidei. ille qui me judicaturus est, cujus causa agitur, novit quo animo in his sim et fuerim. si disputationibus aut colloquiis elucidari volunt veritatem orthodoxae et catholicae fidei, non intelligo cur scripto edi nolint ita elucidata, ut pene auderent ad adversariorum provocare judicium; nam quam male conveniat elucidandae veri-

1) Batzen.

2) Vgl. das nächste Stück.

tati orthodoxae et evidenter traducendae et convincendae adversariorum sententiae contrariae colloqui ille modus institutus Wormatae, ex explicata a nobis de originali peccato controversia quivis potest aestimationem facere. utcumque mea proprie nihil refert, vobis curae sit, ut recte consulatur religionis negotio, ego certe praesentibus et posteris contestatum relinquam me illi non defuisse pro meis viribus.

Dominus Aquilanus videtur mihi parum memor eorum quae Wormatae acta sunt; idem ipse illic cum impressore transegerat; attamen domino Granvellano non videbatur pendente inter spem et desperationem colloquio, ut illic quicquam faceremus imprimi, tametsi diceret cupere se impressum alibi, ut qui vidit tam difficilia et pene desperata ad colloquium omnia, ne forte ex hoc adversarii adhuc difficiliores redderentur.

Video necessarium ut universa ego exemplaria redimam a typographo, ad quod universa mea pecunia non sufficit, et hic jam multum debeo meo hospiti.

Mitto R^{me} D. T. residuum secundae controversiae de justificatione hominis fide et operibus diligentissime explicatae a nobis. tertia de ecclesia intra diem, ut puto, absoluta erit. si dedit R^{mo} Sicoviensi controversiam priorem de peccato originis, det eidem et secundam hanc, nam binas mitto.

Expecto cum desyderio responsum ad litteras, quibus domino Granvellano respondeo; quod si cura R^{me} D. T. quam primum recepero, mihi rem gratissimam faciet, quam cupio Christo commendatam valere quam felicissime.

Raptim Ingolstadii die penultima februarii 1541.

250. Pighius an Granvella: über das kaiserliche Druckverbot seiner Kontroversschriften. Darlegung des Hergangs; illoyale Einmischung Ecks. Bitte, wenigstens die späteren Kontroversschriften — mit Ausnahme der ersten über die Erbsünde — drucken zu dürfen. 1541 Februar 26 Ingolstadt.

Aus Bologna Bibl. Univ., Ms. San Salvat. nr. 2322, fol. 192, eigenh. Orig. (besiegelt).

Illustris et magnifice domine. recepi literas Majestatis Caesareae et vestras, ex quibus intelligo Majestatis Suae suggestum de impressione lucubrationum nostrarum, quibus controversa dogmata per quae nunc exagitur ecclesia conatus sum explicare pro nostro modulo. quae cum legissent etiam alii plerique eruditione atque judicio praestantes et inter coeteros sacri palatii magister¹, ille me per Christi viscera non semel obtestatus est et adjuravit

1) Tommaso Badia.

ut earum aeditionem quam primum maturarem. nam magnam inde religioni nostrae utilitatem confirmabat fore, et ut alii etiam idem a me contenderent effecit, qui et Vormatiae eas impressas sua, non mea impensa volebant; inter quos R^{mus} dominus Aquilanus etiam cum impressore semel transegerat. tamen, quoniam adhuc pendebat inter spem et desperationem colloquium, donec videretur quorsum illud inclinaturum esset, Ill^{mae} D. V. (qua inconsulta nihil volebam fieri) non videbatur edendum aliquid. quod cum in una controversia de peccato originali abruptum esset et ego cum R^{mo} domino episcopo Mutinensi Ratisponam proficiscerer, in itinere visum est eidem (quando adhuc retardari Majestatis Suae adventum intelligeremus) ut hic Ingolstadii curandae impressioni earundem intenderem et incumberem. cujus consilio obsequutus hic haesi interim. ne autem sine capite quod dicitur prodiret fabula, visum est mihi de peccato originis exordiri; atque eo magis quod totam eam causam et controversiam explicaturus videbam mihi nullum verbum dicendum fore quod dictum esset in illo Vormatiensi colloquio, et proinde in indictum secretum illius peccatum me non putabam. accessit eodem et alia quae me ad hoc inducebat ratio: quia principalem sententiam adversariorum de peccato originis, pestilentissimam sane et quae multa ac gravissima mysteria includit, illic prorsus intactam ac dissimulatam animadverti, et periculosum religioni putavi ex dictis utrinque in illo colloquio ea de re judicari et concludi aliquid. ita simplici animo et religionis zelo huic negotio hic incubui, nihil suspicatus ut hinc offenderetur quisquam, usque dum huc veniret Eckius. qui cum nullum tamen ea de re verbum egisset mecum, subornatis a rectore hic et universitate literis ad principem¹ ab eo contendit ut impressori hic interdiceretur ejus libri impressio. quod ille non solum non fecit, sed scripsit literas ad eosdem erga me honorificentiae et benevolentiae plenissimas, et iisdem injunxit ut omni me prosequerentur honoris et humanitatis officio; circa libri vero impressionem quae illi scripserant: ut amice communicarent mecum. quod cum facerent et a me rationem acciperent, addebam citius, ne quem offenderem, primam illam controversiam de peccato originis, de qua actum esset Vormatiae, me saeparaturum a coeteris nec aediturum sine V. Ill^{mae} D. consilio. quod consilium tunc Eckio placuit, probans ut in reliquarum controversiarum aeditione procederem, quemadmodum Ill^{ma} D. V. ex suis ipsius literis hiis inclusis potest intelligere, quae ideo repetivi aliquanto prolixius, quoniam eundem illum etiam istis suis scriptis authorem fuisse hujus tragoediae nihil dubito. quam candide, alii judicent. mecum certe nullum verbum

1) Nämlich Herzog Wilhelm von Baiern.

hac de re egerat. Vestrae proinde humanitatis erit haec Suae Majestati suggerere et patrocinari meae innocentiae et in religionem studio, nam de bono opere lapidari me sentio. de lucubrationibus nostris, quae jam pene impressae sunt, facturus sum quicquid eidem videbitur, vel publicaturus controversias coeteras, de quibus Vormatiae nihil actum est, quas non parum utilitatis et nostris et adversariis allaturas confidimus, suppressa illa de peccato originis usque dum vobis videbitur: quando¹ quidem Suae Majestatis litere illi sibi factae narrationi innituntur, quod in iis mentionem faciam de quibusdam actis aut dictis in colloquio, in quo de solo peccato originali tractatum est, tametsi nec de illo ipso ullum verbum dicam dictum in colloquio, sed tantum colloquii mentionem faciam et significo mihi videri in eo non explicatam, sed dissimulatam universam adversariorum de peccato originali sententiam maximi momenti et quae magna mysteria includit, quae mihi praecipua fuit ut eidem², — vel, si ita illi videbitur, suppressurus omnia, quanquam neutrum sine gravi et nostra et impressoris jactura futurum esset, addo³ audacter: nec sine detrimento religionis et fidei, cujus causam ita me egisse existimo ut paene auderet etiam adversariorum subire iudicium, qua de re vehementer expecto Suae Majestatis (cui ista suggerere dignabitur V. D. Ill^{ma}) atque etiam ejusdem sententiam, quam interim Christo commendatam foelicissime valere cupio.

Ingolstadii ultima februarii anno domini 1541.

Ill. et magnifico domino	Ejusdem Ill. D. V.
domino Granvella etc.	deditiss. servitor
domino suo et patrono incomparabili.	Albertus Pighius.

251. Pighius an Morone: Klage über die ihm aus seinen im Anschluss an das Wormser Religionsgespräch verfassten Schriften erwachsenden Gehässigkeiten. Bitte um Bescheid, was man von ihm erwarte. 1541 März 4 Ingolstadt.

Aus Mailand Bibl. Ambros. Cod. O 230 sup. fol. 151 Orig.

R^{me} domine. quandoquidem litterae Majestatis Caesareae et domini Granvelli (quas suggerente quae sibi placuit et procurante Eckio scriptas non dubito) innituntur narrationi quod ego meis illis lucubrationibus invulgo acta quaedam dictaque in Wormatiensi

1) Von hier an Einschiebsel am Rande.

2) Das Einschiebsel endet mit einigen an den äußersten unteren Rand des Papiers geschriebenen Worten, die durch Abbröckeln des Papiers fast völlig verschwunden sind.

3) Der Brief schloß zuerst: jactura possit fieri, qua de re expecto Ill. D. V. sententiam. Das ist dann von Pighius in obenstehender Weise geändert und erweitert worden.

colloquio, oro R^{mam} D. T. ut dignetur eundem Ill. dominum Granvellanum accedere atque illi suggerere, acta Wormatiensia non posse concernere nisi unam controversiam de peccato originis. deinde quoniam in eadem ipsa explicanda nullum verbum dico ad causam pertinens de quo dictum est in colloquio, sed tribus locis tantum ejus mentionem facio, indicans in eodem dissimulatam et intactam mansisse universam adversariorum de peccato originali sententiam, pestilentissimam sane et momenti maximi multorumque errorum foecundum principium, quae universa nostra taciturnitate approbata videbitur, secundum conclusionem quae capta est, si dicti tres loci auferrentur, ita ut nulla prorsus colloqui mentio fieret (quod fieret trium foliorum nova impressione), sed ita prodirent ac si edita loco quocumque et a quocumque huc mitterentur pro usu praesenti ac defensione religionis et orthodoxae fidei, an inquam placeret illis ut sic ederentur? hoc certum habeo ex re religionis et fidei non esse ut vel in hac controversia quicquam decernatur, judicetur aut concludatur ex utrinque dictis in Wormatiensi colloquio, nec dubito R^{mam} D. V. pro sua prudentia et lectis nostris hoc ipsum intelligere. utcumque ita faciat quod consultum sit causae fidei et religionis negotio et ego ex meis pro eodem laboribus, si nullam gratiam, saltem non reportem damnum, calumniam et indignationem eorum quorum nihil me dubitabam promereri gratiam: hoc certo confido et spero idem fore omnium doctorum judicium, qui sincere agunt Christi negotium, ita me tractasse universas inter nos et adversarios controversias ut pene auderent eorundem ipsorum subire judicium. et hoc certissimum habeo, si de illis istic iterum disceptandum erit, quod nunquam id futurum sit sine maximo detrimento religionis et fidei. oro R^{mam} D. V., ut hac de re communicet et loquatur cum magistro sacri palatii, viro exacti iudicii et quem non dubito sincere quaerere gloriam Dei nec ulla duci invidia, a qua utinam essent liberi omnes qui huic adhibentur negotio! et ut sciam quid mihi faciendum sit, an simpliciter velint nihil edi omnium an solam controversiam de peccato originis suppressi; an etiam illam edi contenti sint sublata omni mentione colloquii, quandoquidem nullum in ea tunc verbum erit de quo sit actum in colloquio. qua in re tanto aget diligentius quod intelligit nihil hac in re me fecisse sine ejus consilio; nam et de peccato originis non semel in itinere eidem indicaveram quod diligentius vellem explicare controversiam. quod faciens, quo diligentius et luculentius facerem, eo minus putabam fore calumniae obnoxium, aut ut quisquam actum egisse post illud Wormatiense nos posset dicere, praesertim quando nullum mihi verbum dicendum erat, quod ad rem pertineret, dictum in illo colloquio.

Taedet me hic haerere diutius et mihi est gravissimum pro

maximis his meis laboribus pro synceritate religionis et fidei ecclesiasticaeque dignitatis autoritate tuenda susceptis ac tolleratis hactenus, divexari adhuc hiis calumniis. nisi cito venerit alicunde provisio, cogar ego alicunde . . .¹, petere, et nescio unde hic inter ignotos et longe a patria, nam mea pecunia hiis impensis diutius non sufficit.

Aliquanto tardius quam putabam remisi meum Joachimum, quod non satis firma valetudine illum offendi. dignabitur etiam R^{mae} D. T. esse curae ut alicubi hospitio excipiar, nam hic diutius permanere non possum. quam cupio valere quam foelicissime.

Die quarta martii anno 1541.

252. Pighius an Morone: die verlangte Zurückziehung seiner Kontroversschriften vom Buchdrucker und die dazu erforderlichen Mittel. Bitte, ihm eine Summe vorzustrecken. Einsendung der veränderten Fassung der ersten Kontroverse. 1541 März 11 Ingolstadt.

Aus Mailand Bibl. Ambros. Cod. O 230 sup. fol. 182 Orig.

R^{me} domine et patrone singularis. recepi literas R^{me} P. V., quibus ex sententia domini Granvellani scribit ut a typographo redimam universa exemplaria, quousque hactenus impressa sunt, et istuc veniam, operis absolutionem reservaturus R^{mi} domini legati iudicio, cujus intra triduum aut quatriduum expectabatur praesentia, addens absque mea jactura istud fore. qua in re ut eidem certo credo et obsequi cupio ex animo, ita ut possim alio opus est. attuli satis bonam pecuniam mecum domo, sed jam quintus mensis est quod ex illa vixi, nec ullum obolum a quoquam recepi praeter quinquaginta illos coronatos abscedens Wormatia. ut autem universa exemplaria redimam a typographo, plus quam ducentis florenis mihi opus est: jam enim impressit novem controversias, quarum ea de poenitentia est novissima, et excrevit opus supra quinquaginta quaternos aut folia, ex quibus pro mea parte juxta conventionem deberet habere florenos centum; ut autem redimam ab eo partem suam, opus erit totidem. ad haec non parvam summam debeo meo hospiti; nam vixi hic carissime, quamvis incommodissime et tractatus pessime et cum magna mea patientia. tamen me possem adhuc hinc redimere cum ea quae mihi adhuc superest pecuniola; sed hic proba aut usualis non est, utpote nostras parte maxima². itaque ut voluntati vestrae pos-

1) Unleserliches Wort.

2) D. i. Pighius hat meist niederländisches Bargeld bei sich, welches in Deutschland keinen Kurs hat.

sim satisfacere, oro R^{mam} P. V. ut mutuo nonnullo me adjuvet, donec istuc venero et alicunde refusionem expensae per me pecuniae recepero, tum redditurus eidem cum gratia. puto si sexaginta coronatos haberem, reliquum me inventurum ex meo: quos ut mihi mutuo dignetur mittere cum familiari hoc meo, eandem oro iterum atque iterum ¹.

Non arriserat mihi initium primae controversiae de peccato originis; itaque jam feceram de novo imprimi primum folium aut duernum, quod mitto R^{mo} D. T. duplicatum pro duobas quae eidem misi exemplaribus, ut abjectis prioribus illis hos in locum eorundem reponat, ut si forte venerit R^{mus} dominus legatus ante me, hos, non priores, videat; reliqua ipse mecum afferam.

Dignabitur etiam jubere ut tunc meo ostendatur meum hospitium. quae et valebit felicissime.

Raptissime Ingolstadii die 11 marcii 1541.

253. Pighius an Kardinal Gasparo Contarini, Legaten

am Regensburger Reichstag: Berufung zu den Religionsverhandlungen von päpstlicher Seite. Reise nach Worms, Ingolstadt, Regensburg. Pekuniäre Nöte. Nichterfüllung der päpstlichen Verheißungen wegen Schadloshaltung. Bitte, dafs Contarini diese Angelegenheit ordne und die ihm vorbehaltene Entscheidung über die Veröffentlichung der Kontroversschriften des Pighius fälle. [1541 etwa Ende März, Regensburg.] ²

Aus Mailand Bibl. Ambros. Cod. O 230 sup. fol. 185—186 Orig.

1) Die Bitte des Pighius wurde alsbald gewährt, wie eine Eintragung auf der Rückseite des Schreibens zeigt; sie lautet: 1541 die martis 15 mensis martii recepi ego Petrus Stramproi, servitor d. Alberti Pighii doctoris, a R^{mo} d. episcopo Mutinensi nuntio apostolico scuta sexaginta auri deferenda predicto domino meo Englostadii et in fidem subscripsi. [Unterschrift:] Peter Stramproij. — Darunter: Ego Hieronymus Rovellus Mediolanensis suprascriptis praesens fui et pro fide me subscripsi. Alexander Confanon^s [so! = Confalonarius] presens fui et subscripsi. Vgl. dazu das folgende Schreiben des Pighius an Contarini, nr. 253.

2) Contarini war am 11. März in Regensburg eingezogen, wo ihn alsbald die Angelegenheiten des Pighius beschäftigten, d. h. die Frage, ob es im Interesse der katholischen Sache liege, dafs die Controversiae des Pighius veröffentlicht würden: vgl. Contarinis Schreiben an Farnese vom 16. März (Dittrich, Regesten, S. 156, Nr. 613) und 7. April (ebendas, S. 167, Nr. 663). Man wird annehmen dürfen, dafs in dieser ersten Zeit Pighius den vorliegenden Brief an den Legaten gerichtet habe; auch die lange Darlegung seiner persönlichen Verhältnisse paßt am besten in die erste Zeit des Verkehrs zwischen ihnen. — Der nächste, ebenfalls undatierte Brief jenes an Contarini (nr. 254) weist zu Anfang („repetam“) auf das vorliegende Schreiben zurück und mag wenig später fallen.

R^{mo} in Christo pater et domine observandissime. quod per epistolam absens quam verbo coram haec R^{mae} P. V. significare volui, mea verecundia facit; itaque visum est hoc internuncio agere, qui erubescere nesciat. evocavit me Sua Sanctitas suis literis, quibus instantissime me requisivit ne deessem negotio religionis et fidei, sed me tempestive conferrem ad conventum, qui ejus causa indictus erat in Germania, primum Wormatiae, deinde hic Ratisbonae, affirmans mandasse se suis ut mihi provideretur de omnibus et suam experturus essem gratitudinem. ego vero, ut sum magis studiosus literarum quam poecuniae nec parcus paterfamilias et proinde numquam abundans poecunia, ita illo tempore plane nudus eram et absque omni poecunia, ut mihi difficillimum esset Suae Sanctitatis desiderio satisfacere. quam difficultatem augebat quod non sine magna jactura nonnullorum negotiorum privatorum domo abesse poteram; ad haec hiemis instantis asperitas, itineris prolixitas et difficultas et in diversoriis vivendi incommoditas, insueto praesertim. nihilominus adversus haec omnia praeponderavit zelus religionis et fidei, si quo forte modo illi usui esse posset nostra opera, et Sanctitati Suae satisfaciendi studium. itaque acceptis utcumque poteram sub usuris florenis sexcentis illis me ad iter instruxi et residuum mecum detuli, necubi forte quid deeset agenti peregre atque inter extraneos.

Ut perveni Wormatiam, inveni Rev. dominum Feltrensem Suae Sanctitatis nomine ¹, qui me frigidissime excepit, ita ut jam me poeniteret itineris, affirmans se nihil de me in mandatis habere, offerens tamen suam mensam communem, quousque sibi mandaretur aliud. quae causa et alie plerique mihi persuaserunt mea potius poecuniola vivere, quousque accepissem ex urbe responsi aliquid. interim tamen Wormatia Ratisbonam proficiscenti numeravit coronatos quinquaginta ¹, affirmans fore (quod et ego certo expectabam fore) ut abunde mihi provideret Sua Sanctitas. at cum pervenissem Engolstadium, illic hesi, idque ex consilio Rev. domini Mutinensis episcopi et Suae Sanctitatis nuntii, cujus me societati adjunxeram, quod satis prospiceremus tarde conventuros hic principes, interim illic curaturus editionem lucubrationum quarundam nostrarum, quibus veritatem ejus quam tuemur fidei et falsitatem sententiae adversariorum ita mihi demonstrasse videbar ut pene digitis palpari posset utque vel adversariorum vix moetueret subire iudicium. ad quod me instigarunt non modo adhortationes, sed etiam preces religiosi patris magistri sacri palatii, qui magnam earundem partem perlegerat. qua in re cum quorundam studio (quam syncero, nec hoc me fugit) impedita sit earundem abso-

1) Vgl. oben S. 133.

lutio et abrupta in medio opere, immo coactus sim¹ ego universa exemplaria redimere a typographo, plane exutus sum universa mea poecuniola et studium meum adjuvandi causam religionis et ecclesiae mihi etiam damno non mediocri cessit; nam habuit illic a me impressor. ducentos florenos et viginti, hospes vero pro impensa meae familiae et equorum nonaginta sex praeter alia multa extraordinaria. sed cum mea poecuniola, jam trium mensium impensa non paulum arrosa, tantam summam non conficeret, scripseram Rev. domino Mutinensi (qui suis ad me literis ne mihi haec ulli damno forent promiserat), ut mihi mutuo coronatorum sexaginta succurreret, donec alicunde recepissem aliquid. qui misit totidem, donatos (ut scribebat) a R^{ma} P. V., de quibus eidem ago immortales gratias. receperam jam Engolstadii missas ad me a R^{mo} cardinali S. Crucis nostri amantissimo literas, cui statum rerum nostrarum significaram ex Wormatia, quibus scribit a R^{mo} cardinali Farnesio mandatum Rev. ac magnifico domino Poggio, Suae Sanctitatis nuntio, ut mihi numeraret poecuniam, quanta opus haberem, quo tranquilliore animo in studium adjuvandae religionis incumberem. quas Suae Dominationi heri ostendi, interrogans eandem si quid recepisset mandati ejusmodi; respondit recepisse quidem se, sed usque ad R^{mo} P. V. praesentiam; quae cum nunc adsit, in eandem recidisse mandatum ejusmodi.

Haec volui eandem de me non latere, ut pro sua humanitate cogitare dignetur, quo pacto nobis provideri poterit. apostolo aequum non videtur ut suis quis privatis stipendiis militare cogatur reipublicae, quod tamen ego non detrectarem in hac causa facere, cui et sanguinem vellem impendere, si nostrae impensae sufficerent, quae vix sufficiunt necessariae rei familiari ac domesticae. sum jam plane sine poecunia, procul domo, notis et amicis, oneratus equis et familiaribus quatuor, cui insuper sunt oneri libri impressi, sed imperfecti et mutili et quos distrahere² non liceat. et ut liceret, eisdem distrahendis intendere mihi non convenit, qui consuevi et donare et emere libros, non vendere. haereo adhuc in diversorio publico non parum incommode. et R^{ma} P. V. experta est studiosorum et qui liberrimae vitae assueti sunt nec quicquam a quoquam ambiunt, stomochum. responderunt quidem Rev. domini nuncii Suae Sanctitatis omnino mihi provisum iri; desiderarem tamen priusquam recederet Rev. dominus Poggius, scire quid certi possem R^{mis} dominis meis Farnesio et S. Crucis rescribere.

Alterum est quod vehementissime cupio, quandoquidem iudicio R^{mae} P. V. lucubrationes ille nostre reservate sunt: ut dignetur

1) Orig.: sum.

2) D. h. vertreiben, zum Verkauf bringen.

in illis diligenter legendis et excutiendis intendere, cujus ego ipse quotidie importunus atque improbus exactor ero, et cum eas quas impressas habet absolverit, addam et reliquas quae impresse non sunt. et mihi ignoscet hanc meam erga se libertatem aut potius impudentiam, ad quam me res ipsa coegit et necessitas. opto eandem valere quam foelicissime et diu superesse nobis et afflictissimae Christi ecclesiae, ad quam utinam ille aliquando oculo illo suo misericordiae respicere dignetur.

254. Pighius an Contarini: verlangt Subsistenzmittel für den Aufenthalt in Regensburg und Entscheidung über seine beanstandeten Kontroversschriften. [1541 etwa April, Regensburg] ¹.

Aus Bibl. Vat. cod. Reg. 2023, fol. 267, Original ohne Datum.

R^{me} in Christo pater et domine observandissime.

Quo in statu sint res meae, quando R^{mae} D. V. ignotum non est, ut repetam nihil opus est. quam sit aequum ut ego relicta patria domo rebusque familiaribus propriis ² stipendiis militem pontifici et sedi apostolicae, nec hoc quidem eadem ignorat pro sua prudentia. attamen hoc ipsum feci, quamdiu licuit. sed defecerunt jam dudum stipendia propria. consumpseram ex mea poecuniola, priusquam huc venirem, coronatos trecentos; nu [dum] ³ enim prorsus dimiserat Engolstadium, quo mandatis Rev. domini Mutinensis episcopi satisfacerem in redimendis a typographo omnibus lucubrationum nostrarum impressis exemplaribus; qui tamen promisit sine meo damno id fore, cujus ejus adhuc literas testes habeo. cum huc venissem, literas R^{mi} cardinalis S. Crucis, quibus scribebat de me mandatum Rev. domino Poggio ut mihi numeraret pecuniam quanta opus haberem, ipsi ostendi. ille vero se quidem accepisse mandatum ejusmodi confessus est, sed quousque abesset V. P. R^{ma}, qua presente in eandem recidissee commissionem ejusmodi aiebat. quod cum ego eidem ⁴ significarem, promisit quidem me sibi curae fore et numerari per Rev. dominum Mutinensem praefatum coronatos 40 mandavit, quibus viverem dum pecunias, quas indies uberiores expectabat, acciperet. at illi in dies sedecim vix suffecerant; nam omnibus computatis impensis minoris duobus coronatis cum dimidio in dies singulos hic vivere nequeo; nequi enim didici misere ac parce vivere. cui vero non placuisset me honeste et meo more alere, is me debebat

1) S. die erste Anmerkung zum vorhergehenden Stück.

2) Orig.: proprii.

3) Am Rande abgebröckelt, wie auch weiterhin mehrere Wörter.

4) D. i. Contarini.

domi dimittere, ubi parvo possum commodius vivere quam hic maximo. satis mihi videtur quod gratis perferam damna non levia absens a rebus meis familiaribus; quod integra hieme pertulerim itineris et diversoriorum incommoditates ac molestias; quod laboraverim velut asinus aliquis quo religioni m[eis] laboribus inservirem: an utiliter, aliquando judicabunt alii. certe studii et conatus mei specimen illis abunde exhibui et demonstravi quod non otiose panem manducaverim. jam dies 34 expecto et nemo est qui subministret obolum, adeo ut mihi aut esuriendum aut mendicandum fuerat, nisi forte repperissem qui mihi subvenisset mutuo, quo me interim adhuc alui et utcumque sustento. itaque extrema hac necessitate adactus cogor R^{ma} P. V. haec interim suggerere quod provideat; neque enim existimo Suam Sanctitatem ad hoc me huc pertraxisse ut hic post insumpta mea omnia inter alienos nudus destituerer. certe aliud presentire et significare mihi videntur binae ad me R^{mi} cardinalis S. Crucis literae (quas presentibus inclusas mitto, ut lectas R^{ma} P. V. remittat ad me), quibus tamen usque nunc res ipsa parum respondit. nam praeter impensam in equos apparatusque viaticum et illam Engolstadiensem impressoriam, quae sola 230 coronatos absumpsit, jam sexto mense absum domo et nihil pontificis nomine praeter 150 coronatos accepi; aliud profecto aequitatem et honestatem requirere R^{ma} P. V. facile intelligit.

Vellem etiam aliquando scire de lucubrationibus nostris et impressis et quae adhuc imprimende restant quid mihi faciendum sit. ut libere cogitatus meos proferam, mihi certe nimis malignam in eos inquisitionem fieri videtur quod non in omnibus scholarum opinionibus satisfacio. video mihi necessarias rationes ¹ habere; sed non est idem omnibus palatus et stomachus: quod uni parum placet, est gratum alteri, quamquam excepta una de peccato originis controversia ubique studio dissimulem opiniones scholasticas. ego sane his rationibus facile persuaderer mihi uni deinceps vivere et universa haec mandare Vulcano, et si revocare possem libros nostros de Hierarchia Ecclesiastica, forte nunquam lucem viderent. quod ut possem, scio esse qui magno redimerent et liberalius remunerarent nostrum silentium quam sit remuneratum patrocinium, cujus Rev. dominus Aquilanus episcopus posset perhibere testimonium. et quamvis ad nullum alium quam ad Christum remuneratorem in illis magna mea impensa edendis respexerim, dolor tamen animi ex presenti indignitate et rerum angustia non leviter animum meum pungit ac lancinat. cui R^{ma} P. V. condonabit, si hic videar agere impatientius aut immodestius; quae etiam dignabitur restituere nobis controversiam illam de potestate

1) Anfangs causas, welches durchstrichen ist.

ecclesiastica, quo unam cum caeteris sortem expectet ac subeat, et etiam nos semel ex hoc in quo heremus luto extrahere et in pedes restituere, ne amplius eidem molestus esse cogar, id quod etiam mihi est multo molestissimum. cujus gratiae me commendo ex animo.

Claudius ¹.

[Adresse] R^{mo} in Christo patri ac domino
domino cardinali Contareno apostolicae
sedis legato, domino suo observandissimo.

E. R^{mae} P. V.

deditissimus servitor Albertus Pighius ².

255. Pighius an Kardinal Cervini: Affaire Schenck. Seine letzthin eingesandten Schriften und deren günstiger Eindruck bei den Gegnern. Friedliche Gesinnung dieser. Ungeschicklichkeit Ecks; seine Trunkenheit; Erkrankung. Ecks Genossen; die kaiserlichen Theologen; Cochlaeus; großer Mangel an Kapazitäten auf katholischer Seite. Pighius als päpstlich verächtigt. Die Schriften und Lehren des Johannes Campanus. Arbeitslast des von seinen Amanuensen verlassenem Pighius. Ein Anliegen Vauchops 1541 Mai 12 Regensburg.

Aus Arch. Vat. Lettere di principi vol. 14^a fol. 441^b—444^b, mangelhafte spätere Abschrift ³.

Recepi literas R^{mo} D. V. una cum diplomate R^{mi} cardinalis Farnesii de Scenchiano negotio ⁴, quod tamen quia ita expeditum non est ut ejus vigore per facultates R^{mi} domini legati hic expediti possint reliqua, eo quod solum contineat resignationem in manibus San^{mi} domini nostri papae — addi enim debuerat haec clausula: ut cujuscumque alterius cet. sed hoc . . . aut habentis — illud ipsum remitto; quod ut absque mora ad me redeat cum adjuncta illa clausula, R^{me} D. V. cure erit.

Miror eandem nullam mentionem fecisse libellorum nostrorum, quos quatenus misi cum domino Poggio, an eosdem receperit

1) Dieses Wort von anderer Hand unmittelbar unter dem Text links.

2) Zwei weitere ebenfalls undatierte Briefe des Pighius an Contarini, oder eigentlich an letzteren gerichtete Abhandlungen Pighius' druckt Dittrich, Regesten, Anhang nr. 11 und 14 ab; sie legen die Ansicht des Pighius über Erbsünde und Rechtfertigung nochmals dar.

3) Einige augenscheinliche Fehler der Vorlage sind im Abdruck ohne weiteres verbessert worden; eine Reihe anderer Stellen bleibt unklar.

4) Diese Angelegenheit berühren mehrere der oben angeführten Briefe Poles an Pighius; um was es sich eigentlich handelte, ersieht man freilich nicht mit hinreichender Deutlichkeit.

et que sit patrum de iisdem censura, quod iudicium. non dici potuerunt hic se contineri domi, sed in dies extorquentur a me principibus doctisque omnibus, etiam adversariis, qui adeo, quod metuere pre se ferebant quidam, illis offensi non sunt, ut Bucerus, illorum omnium sine controversia doctissimus, magnas mihi gratias agat, quod ita luculenter explicarim pleraque ut digitis palpari pene possint, quorum suos omnes crassa ignorantia laborasse neque ¹ intellexisse diu et doluisse affirmabat, cum ab ipso erroris sui admonitionem non sustinerent recipere. utinam non magis a nobis dissentirent ceteri quibus res tractanda commissa est! sed Philippus, ut est omnium rei nostre cristiane indoctissimus [et] omnium arrogantissimus, ita et pertinacissimus omnium nec rationis capax admodum. principes factionis adversariae, et in primis Hessorum langravius antesignanus omnium, magnam de se spem praebent et praese ferunt verbis omnibus non se abhorrere a concordia, immo sincere desiderare orthodoxam ipsam veritatem intelligere et intellectam libenter amplexari, atque ex animo rejicere si quid a suis hactenus male ipsis persuasum est, adeo ut mihi persuadeam plus emolumenti et fructus fore, si cum ipsis recte informandis proprie ageretur, quam cum deputedis collocutoribus, quos et pudor et alia multa impediunt etiam clare intellectae veritati accedere; et praesertim cum Hesso, qui est maxime capaci ingenio et in sua illa doctrina lutherana instructissimus. qua de causa pene constitui ejus me familiaritati ingere, nam satis communicamus in idiomate; det Christus foelicem successum in omnibus! nam quod non licet aperte, per cuniculos tentare cogor. quidam ex nostris, quibus commissa est cura hujus negotii, tametsi ingenio et iudicio valeant, suarum tamen opinionum nimis tenaces sunt. R^{mus} certe legatus omnibus modis satisfacit omnibus non solum nostris, sed etiam adversariis; tamen quia ad homines ignotos accessit, de plerisque necessario creditur alii, que optarim ² notiora fuisse Dominatieni suae R^{mae}. utinam adhibiti fuissent commodiores tractando negotio, sed Rev. dominus Mutinensis tantum persuasit sibi de Echio ut neminem illi parem faciat; sed mihi quam illi est notius quam sit appositus huic negotio! certe (quod est omnibus notorium) singulis pene diebus est ebrius, et quando adhuc sobrius est, non satis semper sobrie loquitur, multa de omnibus congerens, sed alienus a methodo. nudius tertius corripiebatur subita et gravissima egritudine in edibus Mutinensis ex priorum dierum crapula, cum et ego forte adessem vocatus ad prandium. timebamus universi tactum apoplexia hominem; intellexi tamen illi supervenisse febrem,

1) Hs.: et se.

2) Hs.: optatim.

quae apoplexiam discussit et vitam servabit, sed nescio an patietur morbus illum amplius adesse tractatui.

Habet adjunctos sibi duos, quorum neuter est professione theologus, et alter nec studio quidem saltem exacto ac diligenti, nempe dominus Julius Pflug; alter dominus Joannes Gropperus professione quidem jureconsultus, sed studio satis diligenti ac felici theologus, qui tamen in scholis theologiam non didicit, alioquin satis commodo ad haec ingenio et quem ego mallet quam ex scholis superciliosum aliquem, si duo reliqui essent quales cuperem. sed quid facias? nolunt ista nisi per Germanos suos fieri et universa haec Germania vix unum vere et solide doctum theologum habet, cujus opera uti secure posses in tanto rerum discrimine, adeo ut si alter in locum Echii surrogandus sit, non video quem accepturi sint, nisi ex pontificiis aliquem accipere voluerint, quod hactenus noluerunt. nam Caesarei omnes praeter unum sunt Hispani et omnes plane inepti huic negotio, tametsi Caesar quatuor illos secum trahat capitularius ¹ magis et Hispanico illo supercilio quam solida doctrina theologos, et in hoc isto itinere pensione quadringentorum ducatorum donaret singulos. rex suos revocavit omnes, tametsi ex eis unus Cochleus adhuc hereat, vir quidem pius et doctus, sed ingenio non satis magno. aperit res ista oculos Caesari et his qui apud illum prime auctoritatis sunt, qui nunc clarissime perspiciunt et intelligunt quanta sit virorum vere doctorum in his quae nostrae sunt religionis et fidei vanitas ² ac penuria, et ineunt consilia quo pacto huic malo christiane reipublice pernicioso ³ saltem in suis ditionibus mederi poterit, et serie cogitant restituere studia, nam hic nunc superioris Germaniae inopia notoria est omnibus ⁴; nostra inferior Germania etiam paucos habet, quos hostibus nostris possit objicere; quo ego respectu tantopere ambiebam reverti Lovanium, tametsi non successerit. sperabam enim illic noviter ⁵ conferre me potuisse studiosis et studiis. utinam Deus istorum huc dare ⁶ cogitatus fortunet et ad bonum effectum perducat, sed mallet et hic et ubique fieri publico consilio. ego in hac hominum, quos nunc querere videntur, penuria aliquo leco apud illos forem, sed sum iisdem servus, ut ajunt, pontificius; ita video fore ut, si me negligat pontifex, utrimque negligat.

Prodit nunc et alter quidam assertor multorum novorum dog-

1) So Hs.

2) Zu lesen: raritas?

3) Hs.: perniciosus.

4) In der Handschrift folgen die unverständlichen Worte: apud Hispanos quae regnet in Scitia.

5) So? Hs.: non enim.

6) So Hs.

matum Joannes Campanus ¹; quem qui norunt hominem, concivem meum affirmant, tametsi mihi id non videatur, ego certe nostrorum neminem novi tanta eruditione et ingenio. est hic mihi oblatus liber ejus non exiguus, sed manuscriptus (nondum enim impressoria opera evulgatum existimo) et cui in principio terniones aliqui detracti sunt, in quo suo more per certa capita tractat et explicat universa pene nostrae religionis dogmata. invenio hominem ingenio rarissimo et plane admirabili, scripturarum noticia magna et singulari, et qui pene ubique et felicissime pugnat cum Lutero et Philippo; sed interim sua multa nova impiaque dogmata magna libertate infarcit. nihil adhuc vidi nostris seculis scriptum majore eruditione et ingenio nec a nostris nec ab adversariis, tametsi sunt qui illum stilo vincant, qui tamen illi et latinus satis foelix contigit. si quis moderari possit hujus ingenium, ut intra septa receptasque catholicae ecclesiae sententias se contineat, maximum eidem ecclesiae prestiterit beneficium. ego sane conabor et explorato ubi agat tentabo hominem blanditiis et promissis ad me allicere, et spero successurum, si est, quod dicitur, meus concivis. si non successerit, periculum est ne novum hinc ecclesiae excitetur incendium. multa enim habet satis popularia, inter quae illud est quod affirmat omnes fideles qualicumque vita fuerint [et] quibuscumque peccatis contaminati hinc decesserint, modo tamen in fide foederis et spe misericordiae Dei, etiam si aliter de commissis non penituerint, tandem salvos fore, quamvis non sine gravi pena purgatorii, quam etiam post universale et finale judicium prorogat. nullum esse fidei damnabile peccatum affirmat preter unum peccatum in Spiritu Sancto, id quod ipse suo modo intelligit luculentam blasphemiam in operantem attestatamque nobis aliquid Dei virtutem, nobis agnitam quod talis sit; reliqua omnia, etiam finalem inpenitentiam remitti fidelibus in futuro seculo, sed cum in carcere purgatorii persolverint novissimum quadrantem. fidelium filios etiam sine baptismo hinc decedentes salvari fide parentum, neque confessionem peccatorum neque absolutionem sacerdotalem nobis esse necessariam. multa habet ejusmodi necdum tamen perlegi omnia, et his quae ego habeo quinque themata detracta sunt, quorum tribus prioribus mihi videtur materiam divinae Triadis, sequentibus vero duobus explicare argumentum de Eucaristia, in quibus multa illum intelligo docere fanatica. utinam tam precla-

1) Antitrinitarier, geb. in Lüttich (um 1500?), gest. um 1575. Ob im Folgenden die Schrift des Campanus „Contra Lutheranos et totum post apostolos mundum“ gemeint ist? Vgl. Hegler in Realencyklopädie für prot. Theol. und Kirche III, 696—698 (1897); Streber bei Wetzler und Welte, Kirchenlexikon, Bd. II, S. 1778f.

rum ingenium pietati se accommodaret et captivare se [sineret]¹ sub regulam catholicae fidei; sed video non defuturum mihi quoad vivam negotium; cui ut libere mihi vacare liceat nisi vobis cure sit, non potero et cure rei familiaris comparande et illi sufficere. magno me incommodo afficit quod utroque amanuense destitutus sum, alterum secum adduxit dominus Poggius, alterum hic a me abstraxit et illexit quidam qui penes principem Salernitanum est; itaque unica tantum manu scribere nunc cogor, qui tribus soleo.

Nescio² ut epistola utramque jam paginam impleverit, cum vix decem [verba]³ cogitarem scribere cum inciperem. scribenti autem intervenit dominus doctor Scotus vester caecus⁴, vir pius et candidus, ut me inviseret. oravit itaque ut suis verbis plurimam salutem R^{mo} P. V. ascriberem. addidit commendavisse eidem causam quandam universitatis Lovaniensis, petivitque ut et ego eandem commendarem eidem meis literis; ego vero spondi me injuriae loco accipere ut, quicquid illius esset, ab alio vobis commendaretur quam a me, presertim extraneo, nisi forte, qua una illa causa id concedebam, apud vos valeret majori auctoritate et gratia. tamen etiam mea causa quicquid illud est causae et negotii matris meae, eidem R^{mo} P. V. commendatissimum cupio, quae hanc meam tam verbosam et effusam epistolam boni consulet et valebit quam foelicissime.

Raptim effusum Ratisbonae die 12 maji 1541.

256. Pighius an Cervini: Dank für günstige Erledigung der Affaire Schenck. Erstattung der Druckkosten; Zehrgeld noch nicht ersetzt. Die Regensburger Verhandlungen; Verhalten der Kaiserlichen. Campanus. Erteilung eines Benefiziums an P. durch Contarini. Das linke Rheinufer zu Deutschland oder Frankreich gehörig? Die letzten Kontroversschriften P.s unter der Presse. Empfehlungen. 1541 Juni 15 Regensburg.

Aus Bibl. Vat. Cod. Regin. 2023 fol. 266 Orig.

R^{mo} in Christo pater et patrone incomparabilis.

Hac ipsa primum hora intellexi accinctum ad vos veredarium abiturum continuo, et gestiebam plura scribere, sed temporis me excludit angustia. recepi tandem cum literis R^{mo} P. V. id quod diu expectaveram et efflagitaveram pro meo Scenckio, de quo

1) Hs.: captivare se nosci!

2) So?

3) Hs.: hunc.

4) Der Irländer Robert Vauchop, Erzbischof von Armagh.

eidem ago immortales gratias. simul et de eo quod impensam impressionis libri nostri, quo controversias quae nobis cum adversariis in religione sunt, explicare conatus sum, mihi curavit restitui, id quod de victus nostri impensa nondum factum est; quamvis enim ad eum nonnihil subministraverint et subministrent, tamen plus duplum insumpsi. quam si expectetis ut a vobis coram exigam, ipsam etiam cum usuris extorquebo.

Defuncti hodie sumus laboribus excutiendi quae inter nostros et adversarios tractata sunt et nonnulla parte convenerunt, sed dissident in praecipuis, adeo ut apud me plane desperata hic sit componendi hujus dissidii ratio, quae ab initio nunquam bene instituta est. de quo cum per vestros, R^{mum} dominum legatum et Suae Sanctitatis nuncium, universa clare et diligenter eidem Suae Sanctitati explicari nihil dubito, supersedeo ego plura scribere in hac praesertim temporis angustia. certe fidei et laboris mei ipsi testes sunt. stupendum profecto est quam absurda invenerimus etiam nostrorum theologorum, quos Parisensis nobis schola subministravit, his in rebus judicia, eorum praesertim quos Cesar magnis alit et ditavit stipendiis et facit maximi, ut in multis iisque praecipuis adversariorum non paulo quam illorum tolerabilior sit sententia. auctoritati autem pontificiae et sedis apostolicae velut ex conjurato omnes inimicissimi, quae tamen nisi ab omnibus agnoscat maxima, mihi certissimo persuasum est publicae disciplinae vigorem revocari non posse in ecclesiam nec ejus unitatem conservari. sed spero Deo aliquando eorum curae fore, cui interim quamdiu vivemus, nostrum officium non deerit.

De Campano illo meo (meum enim concivem esse jam certo didici) nobis revocando et lucrando omnem diligentiam adhibui; sed longe hinc abest nec certum aliquem locum hic rescire potui ubi nunc ageret, nisi quod agat apud Westvalos. proinde Coloniam ad amicum scribendum erat, qui tabellarium nostrum ad illum recta dirigeret. ad multa generoso spiritu homines inopia cogit. scribo itaque homini se ad me quam primum conferat, cui et fortunarum omnium societatem offero et hortor ne quid emittere properet prius quam mecum fuerit et communi studio contulerimus omnia; multa illi de omnibus et praesertim de apostolica sede polliceor. si hunc unum in castra nostra possem pertrahere, pluris facturum sum quam multos Sorbonicos theologos; sed nescio quid adhuc futurum sit.

R^{mus} dominus legatus jam omnes pene hos nostros Germanos theologos explevit multis circumquaque sacerdotiis vacantibus per Germaniam; uni Alberto verba dat et dicit curaturum se apud pontificem ut ab eo decentem provisionem accipiam. dedit tamen nuper prebendam vacantem Antverpiae, sed quae pleraque habet incommoda: primum quod litigiosa extitit, alterum quod in dubium

revocatur, tametsi ego nihil dubitem, an inferior illa Germania intra limites suae legationis sit, quae simpliciter de Germania loquitur. verum est quidem eandem maxima sui parte comprehendendi in Gallia secundum antiquam illam descriptionem Caesaris, ad quam tamen si nunc exigamus Germaniam, nobilissimam partem Germaniae excludemus e Germania et trium, immo quatuor electorum ditiones alienas a Germania faciemus: Coloniam Treveros Moguntiam et universas illas civitates nobilissimas et praecipuas Germaniae, quae ad occidentem Rheni sunt, Gallis, non Germanis innumerabimus.

Sed quia haec difficultas tolli potest sola voluntate ac declaratione pontificis, vehementer cuperem ut R^{ma} V. P. declarari curaret per breve Suae Sanctitatis se per Germaniam intelligere quicquid in his regionibus sub Caesaris Caroli ditione est et ejus, non regis Gallorum paret imperio, quocumque tandem nomine ad illius ditionem et jus id pertineat. qua in re mihi gratissimum facit et fieri posset, si hic hereremus diutius, provisum iri meis nepotibus, quos alere cogor in studiis.

Locavi jam calcographo excudendam partem residuam controversiarum, quarum pars prior jam est edita. ad quod multi me impulerunt et R^{mus} dominus Agriensis Hungarus, regis Ferdinandi hic orator, etiam impressionis impensam obtulit, sed nolui accipere nec illi debere hoc nomine.

Dignabitur R^{ma} P. V. Suae Sanctitati et R^{mo} cardinali Farnesio singulariter me commendare. oro Christum ut vos omnes diu servet felices et incolumes.

Raptissime Ratisbonae die 15 junii 1541.

Ejusdem R^{mae} P. V.

servitor deditissimus Albertus Pighius.

[Adresse] R^{mo} in Christo patri ac domino d. Marcello Cervino cardinali s. Crucis etc. domino suo observandissimo.

257. Pighius an Cervini: verteidigt den Regensburger Reichstagsabschied gegenüber Einwendungen, als sei durch die in ihm enthaltene Forderung eines Konzils den Rechten der Kurie etwas vergeben worden [nach 1541 Juli 29].

Aus Bibl. Vatic. Cod. Vatic. 6127, fol. 263—267 Orig.; in verso A. Pighii suggestiones nonnullae pro R^{mo} cardinali S. Crucis; darunter von Cervinis Hand: circa tenorem recessus Ratisbonensis.

De incidentibus quibusdam difficultatibus, quae circa tenorem recessus Ratisbonensis in deliberationem vocantur, Alberti Pighii sententia, absque sanioris tamen sententiae praejudicio, et quo eadem Sanctitati Suae et R^{mis} dominis cardinalibus singula perpendendi diligentius occasionem suggeret.

Imprimis videri quibusdam intelligo verba quaedam in eodem inconsideratius atque ita posita ut auctoritatem indicendi celebrandique concilii ad imperatorem, non ad pontificem pertinere videri possint innuere. quod diligentius perlegens, excutiens et conferens universa ejusdem recessus verba non invenio; de universali praesertim concilio. nam quotienscumque ejus fit mentio, toties subjunguntur nonnulla, quibus ad pontificem ejus convocandi celebrandique ingenue recognoscatur pertinere auctoritas, nempe de promisso R^{mi} legati, quod brevi indicendum foret concilium. item quod promisit Sua Majestas in suo per Italiam itinere se acturam cum Sanctitate Sua Pontificia, ut ejusmodi concilium quam primum ad locum opportunum in Germania indicatur ibidemque celebretur.

Quod vero dicitur Sua Majestas maturo consilio praevio et urgentibus justis causis cum communibus statibus concordasse quod colloquentium Ratisbonensium acta ad commune christianum concilium in Germania celebrandum remitti debeant, prout et illa remiserunt ad concilium ejusmodi, nihil mihi incommodi habere videtur, si modo benignum haec interpretem habeant. nam ut maturo perpensoque consilio cognoverunt ea acta suam facultatem auctoritatemque excedere, recte fecerunt ad auctoritatem majorem et legitimum eadem remittentes iudicium; hoc enim inferioris est et superiorem auctoritatem agnoscentis, non vero sibi usurpantis indebitam. nec causae qualitas et conditio ferebat ut remitti posset alio.

Quod videtur quibusdam inter ea esse quae ad concilii definitionem remitti non debuerint, eo quod jam certa sit eorum definitaque veritas, nullo impedimento est. nam certum erat omnibus orthodoxis divinum verbum vere Deum esse ejusdemque cum Patre substantiae, cum contra Arrius blasphemare inciperet; attamen ad Niceni concilii definitionem remissa est ea quaestio. certum aequae ecclesiae spiritum sanctum Deum esse, quando eundem creaturam esse blasphemabat cum suis Macedonius, immo jam idem ob eandem blasphemiam a beato Damaso damnatus erat ut hereticus; nihilominus, ob latius jam sparsam eam impietatem et heresim, ex quo ita eradicaretur efficacius et facilius, celebratum est ob eandem primum Constantinopolitanum concilium. ita quoque certum erat ecclesiae, unum Christum vere esse Deum et hominem, cum contra docere inciperet Nestorius; immo et ipse damnatus a beato Celestino ob impium suum dogma contrarium; idem nihilominus, quod latius jam serpsisset quam ut posset ita restringi facile, convocavit eam ob rem Ephesium concilium. Euticetis impietatem jam dudum damnaverant beati Leonis auctoritas; nihilominus ut efficacius damnaretur adhuc extinguereturque malum quod latissime serpsisset, indixit Calcedonensem synodum.

ita in nullo aliorum omnium conciliorum definitum invenimus aliquid, quod non ante definitum esset in eandem sententiam a sede apostolica. ad hoc autem servierunt post celebrata super eisdem concilia, ut certo pateret omnibus certam eam veritatem esse quam definiverat apostolicae sedis autoritas. cujus jam predefinitam sententiam nullum unquam legitimae autoritatis concilium retractasse, sed semper confirmasse legitur; nec potest definire aliud quam habeat certa veritas, si ejus in quaestionum fidei definitionibus est certa et infallibilis autoritas. nihil ergo aut novi aut mali est etiam certa et definita iterum remitti ad concilium, ad tollendas introductas contra eadem novas renovatasque quaestiones et controversias.

Quod locum designarunt celebrandi concilii, in eam sententiam benignus lector interpretatur quae indubia fuit Suae Majestatis sententia et imperii statuum; nempe quod judicaverunt, nisi illic celebratum concilium, curando morbo non fore efficax, sed inutile. et deinde hoc factum esse ex confidentia Suae Majestatis et statuum de pia voluntate pontificis ut pastoris boni et efficacissimo remedio cupientis mederi morbo ecclesiae, non vero quasi ipsi sibi arrogassent autoritatem designandi loci celebrandi concilii. quae eorum confidentia una cum ingenua recognitione quod ad pontificis hoc autoritatem pertineat, plerisque locis in eodem recessu clarissime exprimitur, et praecipue ubi dicit Sua Majestas quod in suo per Italiam itinere apud Sanctitatem Pontificiam actura sit, ut generale concilium primo quoque tempore ad locum opportunum indicatur in Germania celebraturque, de quo dicit se non dubitare quin ab eadem impetratura sit. praeterea semper addunt per disjunctionem quid deinceps remedii malis illis conducturum existiment; nempe: aut nationale concilium aut iterato indicta imperialis dieta, velut primum non in sua, sed aliena potestate situm intelligentes.

Quod vero nationalis concilii convocandi, indicendi et celebrandi autoritas in eodem recessu imperatori attribuitur, non pontifici, non mihi videtur esse quod quemquam offendere admodum possit et debeat. praesertim si perpendat statum et conditionem episcoporum nationis Germanicae, ut qui universi sunt imperii principes et imperatori subjecti. quos cum possit omnes communiter cum coeteris imperii statibus ad generalem imperii dietam convocare, cur eosdem non posset convocare seorsum ad nationale concilium, ita requirente publica necessitate imperii, plane non video.

Deinde et hoc perpendant quibus id insolens aut scandalosum videtur, quod et in nationali concilio ejusmodi et in imperiali dieta, ad quam ultimo loco confugitur (quoniam sunt religionis tractanda componendaque negotia) semper includitur, non ex-

cluditur pontificis auctoritas. quod illis verbis clarissime significatur quibus dicitur: agemus etiam et sollicitabimus apud Sanctitatem summi pontificis quod ipsa legatum cum sufficienti mandato ad dictum nationale concilium vel, si illud non succederet, ad dictum conventum imperialem deputet aut mittat.

Gravissimum vero illud videtur quod in eodem recessu affirmari dicitur R^{mum} legatum pontificis nomine Suae Majestati promississe indicendum brevi concilium in Germania: tametsi, qui verba ipsa recessus, quae de hoc loquuntur, expendit diligenter, clarissime intelligit quod hoc ipsum non importent aut significant necessario, quamvis velut ambigue posita etiam illam intelligentiam incautis possint ingerere.

Nam postquam praemittitur quod concordaverit Majestas Sua cum statibus acta illa Ratisbonensia, quae religionis concernebant negotium, remitti debere ad commune christianum concilium celebrandum in Germania, quodque ad illud ipsum ea ipsa remitterent, subjungitur in haec verba: quod concilium (ut nobis legatus apostolicus promisit) brevi indicetur. certum est autem „quod“ relativum esse substantiae, non qualitatis, loci, temporis, coeterorumque quae circumstant substantiam; quare ex vi et proprietate sermonis convinci non potest legatum promississe indicendum concilium in Germania, sed tantum promississe indicendum concilium.

Sed multi, inquit, ex hiis verbis in eam inducuntur intelligentiam quod legatus promiserit celebrandum concilium in Germania, qui scandalizabuntur, si viderint hoc detrectare pontificem.

Ita intelligere, ut ambigue posita verba multos intelligo, quod nihilominus eam intelligentiam non necessario importent, etiam intelligo; nec minus quod scandalizabuntur illi, si non celebretur in Germania concilium, nec illi soli, aut ex ea causa sola, illa nempe quae citavimus recessus verba, sed universa plane Germania, ex eo quod credit persanando morbo suo necessarium ut indicatur et celebretur concilium in Germania, quo loco si indictum celebratumque fuerit, cessabit omnis hic moetus ¹ scandali.

Ad hoc ergo unum deliberationis totius cardo retractatus est, an expediat magis in Germania nunc celebrari concilium quam in Italia aut aliquo loco alio. quae quaestio ex causa aut fine ob quem nunc expetitur concilium, clare resolvi mihi posse videtur. expetitur enim velut pharmacum necessarium aut imprimis utile ad medendum morbis gravissimis, quibus nunc laborant membra plaeraque ecclesiastici corporis, praesertim per Germaniam. Certum est autem, si non ex ipsa et morbi et pharmaci natura, certe ex affectu praecipue laborantium partium, alibi quam

1) So, für metus.

in Germania celebratum concilium adeo non curaturum morbum ut etiam magis irritaturum sit. non solum ergo frustra et inutiliter, sed etiam cum graviore malo inquietaretur orbis, ut alio loco celebretur concilium.

Sed dicet aliquis affectum illum Germanorum irrationalem esse, et propterea ejus rationem haberi non oportere.

Sit irrationabilis, ut quisquam voluerit, nihil enim id refert, quamvis forte irrationabilis non sit et hoc observatum videamus in prioribus conciliis omnibus, ut iis maxime locis celebrarentur concilia, ubi praecipue vigeant morbi, quibus per ea quaerebantur remedia. Sit tamen hoc ut quisquam voluerit: quod propterea affectus ejus non sit habenda ratio, irrationabiliter mihi dici videtur. nam certum est medendi rectam rationem aegroti affectus maxime spectare, illis se accommodare et, quantum fieri potest, condescendere, nec illi qualiacunque pharmaca, quamvis ex natura sua bona, invito inutiliter obtrudere, sed illius infirmitati efficacia tamen, si fieri potest, remedia quaerere, quibus se submittat libenter, breviter, ad unum hoc respicere ut sanet et foelicissime et facillime.

Quare quae ex loco patiente atque ejus affectu (quae prima atque efficacissima est) indicatio sumitur, ut in Germania, non alibi nunc celebretur concilium, mihi clarissime demonstrare videtur. cum qua tamen quae ex aliis quoque locis indicationes sumuntur, secundum veram medendi rationem et methodum diligenter conferre oportet. nam si et coeterae eodem concordant omnes, aut certe nihil prohibeat gravius, primam illam indicationem absque dubio sequi nos oportere indubitatum est; alioqui ita uni membro aegrotanti mederi oportet ut non laedamus sanum et nobilius aliud atque omnium caput praecipue.

Age igitur ad rem.

Sunt qui existiment offensam iri Galliam, si in Germania celebretur concilium, et, quod est atrocius, secessionem facturam a suo capite et Romana ecclesia. sed quam probabilem causam suae hujus divinationis proferre possint, divinare plane non possum. nimis certe indigne mihi sentire videntur de tot episcopis, inter quos multos eximiae eruditionis et pietatis esse mihi certum est, de tot praelatis ecclesiarum, canonicis, sacerdotibus, religiosis, deque tam immenso nec irreligioso populo, ut ob talem causam a suo capite secessionem et scisma facerent.

Sed nolent, inquit, illi extra regnum suum vocari, maxime ad Germaniam. ego contra existimo; intelligunt enim urgentem necessitatem ecclesiae, intelligunt summi auctoritatem pontificis; quanquam necesse non sit ut desertis ecclesiis suis omnes ad concilium veniant, sed satis est ex quaque provincia delectissimum mitti aut alterum.

Sed offendetur rex, et ne compareant ad concilium suis interdicet episcopis. ego meliora de tanto rege sentio, nec mihi persuadere possum quod recte et diligenter informatus de omnibus ipse palam impedire vellet et obsistere, quo minus succurri posset ad internitionem usque laboranti ecclesiae. quam enim rationabilem ejus causam posset praetexere? praesertim cum nihil necesse sit Majestatem Suam in ullo inquietari propter celebrationem concilii, nullam ob id impensam facere, sed satis habet quod per oratorem aliquem suum, sicut tenetur, agnoscat authoritatem concilii.

Sed nolet, inquit, agnoscere, nolet se eidem submittere, nec episcopis suis ut eodem accedant permittere. ego contra non ominari non possum quae rationi viciniora et rege tanto digniora sunt; qualiscumque tamen nunc esset de hoc ejus sententia, nihil dubitarem quin in ipso rei progressu mutaret sententiam. nec propter unius irrationabilem indignationem aut offensam negligenda foret cura tanti morbi, qui alioqui certo infecturus universum ecclesiae corpus cernitur. proinde cum ex hoc loco nulla indicatio sumatur, quae illi primae praejudicare debeat, quo minus concilium in Germania celebrandum sit, alter nunc praecipuus locus et gravissimus excutiendus est.

Ducitur ille ex dignitate authoritateque summi pontificis, quam constare et salvam fore non posse plerique imaginantur, si in Germania celebretur concilium. ego vero contra plane mihi certo persuadeo, etiamsi nihil praemissorum obstaret omnium, sed liberima optio, ut pro unius suo commodo, quo vellet celebraretur loco deferretur pontifici, et aequa quantum ad praesentem causam utilitas speraretur celebrati in Italia, quae in Germania, magis tamen in rem, commoditatem, utilitatem et authoritatem pontificis fore celebrari ipsum Coloniae quam aut Mantuae aut Vincentiae, quod minus esse posset locus omnibus quae detertere possent pontificem a celebratione concilii, si illic quam si hic celebraretur concilium.

Fac enim, etiam de Germanorum consensu et voluntate, in aliqua Italiae civitate non subjecta pontifici celebrari concilium atque illic convocatos omnes alacriter concurrere: non posset pontifex se excusare, quin et ipse una cum R^{morum} cardinalium omnium coetu compareret ad concilium? quod si fieret, quantae hoc illi molestiae, quantae incommoditati, hac praesertim aetate, quantaeque impensae foret Suae Sanctitati, R^{mis} cardinalibus et universae ejus curiae? jam fieri non posset, quin multa spectarentur in moribus, luxu fastuque curiae et curialium, multa etiam in plerisque fortassis ex primoribus, quae multis offensionem forent et scandalo, praesertim intentis in vitam moresque ecclesiasticorum nunc oculis omnium. ad haec certum est etiam apud Italos

esse plerosque multos infectos Lutherana perfidia, tametsi ta-
ceant, qui confirmati aliorum praesentia etiam ipsi loqui et se
prodere auderent. postremo multa necessario concederet pontifex
praesens, multa extorqueret tanti conventus instantia atque im-
portunitas, quae absens non concederet. breviter pluris fieret et
liberior esset in omnibus absentis quam praesentis autoritas.

Contra, fac celebrari concilium in media Germania aut Coloniae
(quam multi oportunitissimam et commodissimam celebrando huic con-
cilio omnium habita ratione non sine causa existimant). jam pontifex
justissima et honestissima excusatione aetatis ac valetudinis ma-
nebit Romae et domi quiescet cum R^{mis} cardinalibus et universa
sua curia, praesertim cum nulla ratio, nullum veterum conciliorum
omnium exemplum requirat ut ipse tam longe ex Italia exhibeat
sui praesentiam in concilio, sed tantum illuc mittet a latere suo
legatos tres, delectos ex universo cardinalium coetu, qui con-
sentiant studiis ac voluntatibus, quorum vita exemplaris et plane
inculpata sit et in re religionis divinisque litteris eruditio eximia.
qui viris doctissimis undecumque diligenter exquisitis comitati
veniant et pontificis nomine praesideant in concilio, in quo quae
tractanda sunt, cum ad duo omnino capita reduci possint, quae
ad primum pertinent, nempe, quibus nunc exagitur ecclesia seu
fidem et religionem seu Romani pontificis auctoritatem concer-
nentes quaestiones et controversiae omnes, ita clare et tam evi-
dentibus argumentis in nostram sunt explicatae sententiam, ut
nihil dubii futurum sit de concilii sententia secundum nostram
sententiam. quae vero secundi generis erunt, quibus videlicet
inveniendus statuendusque erit modus aliquis per quem tollantur
multi abusus gravissimi de ecclesia, juxta veterum conciliorum
exemplum necessario specialiter referentur ad auctoritatem ponti-
ficis, de quibus absens quam praesens liberius consultare ac de-
cernere poterit.

Sed imaginantur plerique respicientes ad Constantiensis et
Basiliensis conciliorum exempla, quod concilium jam congregatum
vocare poterit pontificem. sed falsa hos decipit imaginatio. Con-
stantinensis concilii tempore nemo certus erat pontifex, sed sub
tribus incertis pontificibus in scismate laborabat ecclesia. nihil
ergo mirum est quod eo casu se congregare potuerit et illos ipsos
vocare, quo cognosceret quem ut pastorem suum certum sequi
deberet, aut si hoc non daretur, illis omnibus abrogatis certum
deligere. Basiliensis concilii (quod Eugenium certum pontificem
evocare tentabat et sibi subicere) auctoritatem nunquam agnovit
ecclesia, nec recessit ab Eugenio, quem idem deposuerat con-
cilium, nec Amadeum illum Sabaudum in eodem electum se-
quuta est.

Velim ad haec admonitam Suam Sanctitatem et R^{mos} dominos

cardinales, ut diligenter attentis sint circa modum et formam indicendi concilii, in quo in indictione Mantuani aut Vincentini non satis legitime mihi processum videtur.

Haec sunt de quibus Suam Sanctitatem et R^{mos} dominos meos admonitos esse cupiebam, quo saltem occasionem eisdem maturius de iis ipsis deliberandi statuendique suggererem.

R^{mae} P. V.

deditus Albertus Pighius.

258. Pighius an Cervini: Ausbleiben einer Büchersendung aus Deutschland. Verteilung einiger in Rom befindlichen Exemplare seiner Schriften. Eine fernere Schrift des Pighius über das Konzil. Bewerbung um eine Pension aus den Pfründen des verstorbenen Kardinals von S. Jago di Compostella. 1541 Oktober 13 Venedig¹.

Aus Bibl. Vat. Cod. Vat. 6416 fol. 57 Orig.

R^{me} in Christo pater et patrone incomparabilis.

Nondum applicuerunt, quod certo sperabam, nostri illi libri ex Germania, tametsi hic nuncientur affore intra triduum aut quadriduum. si tamen diutius morati fuerunt, decrevi eos non expectare diutius, sed hic committere quibus curae erit eos diligenter ad vos mittere, cum venerint. interim ex illis quatuor qui Romae sunt in area R^{mi} domini Poggii, R^{ma} P. V. dignetur residuos tres — nam sibi inprimis unum accipiet — illis distribuere qui diligentius eosdem lecturi sunt et quibus his in rebus est eruditio major et iudicium exactius. quod si R^{mus} S. Marcelli² per egritudinem adhuc detineatur Florentiae, etiam eum quem illi inscripsi et tradi cupiebam, dari alteri cupio, quo pluribus ejus sit legendi copia. nam et illi ex his qui hinc mittentur, suus restituatur alius cum redierit. cupio etiam ut R^{ma}

1) An den dortigen Nuntius wurde Pighius von Farnese unter dem 17. August 1541 warm empfohlen. „Il presente latore“, lautet das Schreiben, „sarà il Rev. messer Alberto Pighio, dottore et theologo germano de' primi et de' migliori che sieno in tutte quelle provincie (et sia detto con pace di tutti gli altri). et perchè è grandemente benemerito della sede apostolica et io in particolare li porto affection singulare per la molta fede, devotione et amore ch' io conobbi in lui verso le cose della chiesa et di Nostro Signore mentre fui legato in Fiandra, particolarmente lo raccomando principalmente a V. S. per ordine di Sua Santità et poi in nome mio particolare la prego et stringo quanto posso a farli tutta quella bona compagnia, carezze, aiuto et indirizzo che potrebbe far a qual altro par suo virtuoso, che le fusse mandato di là da Sua Beatitudine et da me“ u. s. w. Konzept in Parma, Carteggio Farnesiano.

2) Dionigio Laurerio, Servitenmönch, Kard. vom Titel S. Marcelli am 12. Dezember 1539, gest. 1542.

Paternitas Vestra studiose perlegat quae illi scripto dedimus, concernentia deliberationem et consilium de adhibendo his malis publicis quibus universa pene Christi ecclesia, precipue autem Germania nostra singulariter laborat, universalis concilii remedio. lectaque etiam aliis ordinis vestri quibus his praesertim de rebus iudicium est exactius atque exercitatus, communicare dignetur. ille mihi testis indistricto suo iudicio erit, qui non omnes iudicaturus est unius ecclesiae utilitatis et apostolicae sedis dignitatis autoritatisque in his omnibus nos respectum habere. an vero rectum sit nostrum de iisdem iudicium, a R^{mis} D. V. diligenter expendi cupio. in qua ipsa expansione si quod optimum erit forte assequutus non sim, illud ipsum tamen optimum nostra illa suggestionem facilius invenient.

Quamvis autem is sit amor, ea benevolentia, hoc studium in nos R^{mae} P. V., ut nihil merito de nobis illi suggerere debeam, visum tamen est eidem velut in maxima atque infinita prope distractae id unum suggerere, mihi videri obtulisse se providendi nostri occasionem oportunam et commodam per mortem R^{mi} quondam cardinalis Compostellani¹, cuius ecclesiam tametsi Majestas Caesarea ex privilegio forsitan conferre volet, tamen quod apud sedem apostolicam vacavit, facile consentiet pensione aliqua onerari pro nobis, si hoc velit et petierit Sua Sanctitas, praesertim cum sit opulentissima. et nihil dubitem Ill. dominum Granvellanum nobis in hoc non defuturum suo favore et auxilio. ut autem liber ab ere alieno (quo me premi ipsa pene morte gravius fero) alacrius liberiusque publicae utilitati inservire potero, eidem R^{mo} P. V. una cum R^{mo} domino meo de Gambarara² curae erit, ut quod pontificiae in me liberalitati Bononiae per erarii necessitatem detractum sit, Romae per literas cambii sarciatur. oro Deum ut vos una omnes cum San^{mo} Domino Nostro incolumes et felices custodiat vestraque studia et consilia in publicam christianae reipublicae dignitatem veritatemque efficaciter dirigat.

Rapim Venetiis die 13 octobris 1541.

E. R^{mae} P. V.

deditiss. servitor

Albertus Piglius.

1) Pedro Sarmiento, Erzbischof von Compostella 1534, Kardinal 13. Oktober 1538. Über das Datum seines Todes stimmen die Autoren nicht überein: nach Gams starb er am 13. Oktober 1541. Ciaconius giebt an, er sei am 7. Oktober 1541 in Lucca gestorben, wogegen Oidoinus in der Neubearbeitung des Ciaconius: in Rom am 7. Oktober 1540. Aus unserem Briefe hier ergiebt sich so viel, dafs er in Rom und kurz vor dem 13. Oktober 1541, wohl auch vor dem 7. Oktober, gestorben ist.

2) Uberto Gambarara, Kardinal 12. Dezember 1539.

259. Pighius an Kard. Marcello Cervini: Krankheit und Sorgen; Bitte, ihm letztere abzunehmen. Schickt seine Abhandlung *de divina gratia et libero arbitrio*. Die Kontroversschriften. Klagen über den Datar. 1542 September 1 Utrecht.

Aus Bibl. Vat. Cod. Regin. 2023, fol. 268 Orig.

R^{mo} in Christo pater et patrone incomparabilis.

Accepi literas R^{mae} D. T., quae in hac afflictissima mea validudine magno mihi solatio fuere. detinet illa adhuc me atque ita detinet ut nonnunquam recuperandae sanitatis spem admittere, nonnunquam adimere videatur. ut autem in sinum R^{mo} D. T., cui scio sanitatem meam praecipue curae esse, animi mei curas effundam liberius, certa hoc mihi ratione deprehensum est et medicorum confirmat sententia nihil tam efficax fore ad sanitatem meam recuperandam quam ut ocio impetrato ingenio sepositis tantisper curis hilari interim liberoque animo viverem. quorum illud quidem in manu mea est, sed hoc non est in hoc rerum nostrarum statu, dum assidue mihi versatur ob oculos, si haec me egritudo conficiat, plus aeris alieni quam proprii relicturum me charissimis et optime de me merentibus heredibus, et nepotes meos felicissimae indolis et magnae spei juvenes, unica conservandae nostrae familiae spes et in quos animus meus jam dudum reclinat, destitutos omni subsidio et adiutorio¹. intelligit proinde R^{ma} P. T. salutem nostram magna ex parte in vestra manu consistere, quae vobis si quamprimum curae erit, spero a me curari posse. quod erit reliquum, alterum certe erit: vel etiam servabitis Albertum, aliquo fortassis adhuc usui futurum ecclesiae et dignitati sedis apostolicae, aut cito liberabimi a pensione aut provisione quamcumque mihi constitueretis. qua tamen in re si mora amplior intercesserit, serum mihi erit, quicquid id tandem erit.

1) Eine Supplik der beiden Neffen Henricus und Stephanus Guynaldi Pighii, Kleriker von Utrecht, findet sich unter den Breveminuten des Jahres 1547 (Armar. 41, vol. 38 zu Nr. 39). Daraus ersieht man, dafs Stephan Kanonikat und Thesaurerie der Domkirche in Utrecht von seinem Oheim Albert überkommen hatte. Die Pfründe war allerdings in einem mensis ordinarius zur Erledigung gekommen, aber aus Freundschaft für Pighius hatte schon Papst Clemens sie für reserviert erklärt; trotzdem fand sich ein ‚intrusus‘, der Stephan den Besitz streitig machte. Dem anderen Neffen, Heinrich, hatte der Oheim noch bei seinen Lebzeiten (1541) eine in einem apostolischen Monat erledigte Pfründe in der Kirche St. Mariae in Utrecht verschafft, aber auch hier war ein Gegenbewerber erstanden. So wandten sich die beiden Neffen an die Kurie und erzielten ein Breve vom 22. Januar 1547 (a. a. O.) an die Königin-Statthalterin Maria, die ersucht wurde, die beiden Neffen des um die Kirche so hochverdienten Pighius im Besitz ihrer Pfründen zu schützen.

Mitto nunc R^{mo} P. T. binos libros nostros de divina gratia et libero hominis arbitrio ¹, quorum alterum R^{mo} domino cardinali Sadoletto consignare dignabitur, alterum servabit sibi. cupio tamen ut vestro studio etiam Suae Sanctitati praesentetur, quo et illi nostra salus magis cordi sit. praemisi operi ad praefatum R^{mm} Sadoletum prolixam epistolam, id quod non sine certa ratione publicae utilitatis fecisse me arbitror ².

Desiderabam plures libros mittere, sed hos binos tantum ab impressore acceperam; deinde non sine gravissima impensa haec mittuntur per veredarios. quamquam non me deterrisset impensa quin, si affuisset, adjunxissem tertium. eodem caractere et forma idem impressit nostras controversias, quas optarim vos habere, quod cum hoc opere justum unum volumen constituerent. et jamdudum eas dedi viatori cuidam proferendas ad vos; sed ut video, ille non pertulit.

R^{mae} D. T. me salutemque meam commendo, nam in domino datario ³, ut libere dicam et ingenue, exigua mihi spes est. nihil enim nec re nec verbo meis omnibus in hanc usque horam respondit. cupio eandem una cum Sanctitate Sua diu nobis superesse felices et incolumes.

Datum Trajecti calendis septembris 1542.

[Adresse] R^{mo} in Christo patri
ac domino d. Marcello Cervino
cardinali S. Crucis, domino suo
observandissimo, Rome.

E. R^{mae} P. T.
deditissimus servitor
Albertus Pighius.

1) De libero hominis arbitrio et divina gratia, gedruckt in Köln 1542 (gegen Luther und Calvin).

2) Sadolet, an den sich Pighius ebenfalls hilfeheischend gewandt, schrieb von Angoulême aus am 22. November an den Papst und empfahl den Schwerekranken dessen Fürsorge. Lettere del card. Sadoletto e di Paolo suo nipote, tratte degli originali in Parma, p. 74—76.

3) Diese Stellung bekleidete damals Niccolò Ardinghello.

